Digitized by Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III

XX
A
44
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

I. N. D.

JOHANNIS THEODORI SPRENGERI D.

Liber novus Juridico-Politico-Hiſtoricus.

DE

MODICO,

In quo tractatur:

Quid modicum ſit, quotupliciter capiatur, quomodo præſumatur, quales præſumptiones generet, in quibus Juris articulis curetur & negligatur & quales tam in theoria quam praxi producat utilitates.

Ex Iure Divino, Canonico, Civili, Feudali & Receſſibus Imperij deductus.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EM
NAPOLI

FRANCOFURTI ad Mœnum,

Typis & Impenſis JOH. FRIDERICI Weiß/
ANNO M. DC. LVIII.

Digitized by Google

Prodromus ad Lectorem.

SIcut nec muſca pulverem excitat, nec fulmen minuta tangit, nec modica febricula Apotheca indiget, uti loquitur Baldus ita nec modicum curatur. Exinde tamen non plane condemnas benevole Lector, ſi quid minimũ eſt, in minimis rebus ſummi Opificis ſapientia elucet, juxta illud:

Grande decus minimis rebus ineſſe ſolet.

Quid enim minus Muſca, quam tamen *Auguſtin. l 1. de*

 ducib.

ducib. anim. c 4. Soli præfe-rendam ait, quin & ſui creatoris nomen minutisſimos etiam vermiculos præ ſe ferre ipſa rationis evidentia demonſtrat. Nunquid majorem laudem Myrmecides meretur, quod ex ebore navigium ea exilitate finxerit, quod pennis apiculæ abſcondi potuit, quam ſi maximam ad ſulcandum mare aptam navem fabricatus eſſet: Aut majoris erit ęſtimii ruſticus? qui corbem ex vimine ſatis grandem, quam qui ceraſi calculum in modum quaſilli exſculpſit, *uti Hadrian. Jun. lib. 1. animadv. c. 6.*

6.6. memorat, quod quis ta-
lem calculum ſculpſerit,
quo continebantur quin
decem alearum paria, tam
benè & affabrè ſuis punctis
diſtincta, ut oculorum acie
non dubia numerari potu-
erint. Notabis benevole
Lector, quod minimum in-
ſtrumētum aliquoties ma-
ximis oneribus transpor-
tandis par ſit, notabis, qvod
negligentia modici maxi-
mo aliquoties damno ali-
mentum miniſtret. Ri-
vulus etiam ſuos piſces alit,
& minimis etiam arbori-
bus ſuus honos eſt, nec citra
cauſam ederæ & arundines

(licet parva res ſit) ſub appellatione arborum comprehenduntur *l.3.§.1. arbor. furt. cæſar.* adeoque non omnimodo modicum ſusq; deque habendum eſt, cum minutula pluvia (uti adigium eſt) imbrem pariat, & modicæ rei maxima cura ſit habenda, ſi damnum cavere & nobis prodeſſe velimus; grex ex una morbida ove polluitur, & ex uno & minimo peccatore plures inficiũtur *c. ſed illud, diſt 45.*

Videtur Regium & modicum ſibi contradicere, & tamen annales produnt, Reges etiam fuiſſe qui vel

nihil

Digitized by Google

nihil vel modicum habuerunt, Regio tamen titulo decorati, & ut omittamus Africæ & Japonię Regulos, hos Regi Japonenſium, illos verò Turcarum Imperatori Jure Vaſallagii obſtrictos, memorabimus hic ex antiquitate Regem Ivetotenſem in Normannia, qui cum vix unum vel alterum pagum poſſideret, Regis tamen titulum beneficio Clotharii Regis Franciæ meruit: Cum enim dictus Clotharius cuidam nomine Walthero Domini municipii Ivetotenſis adeo inviſus fuerat, ut illum apud

 Sveſ-

Sueſſionenſes ann. 534. in Eccleſia occideret, homicidium ex metu banni Romani, quod tum Agapethus minabatur, hæredibus occiſi ita ſatisfecit, ut illos vaſallagio liberaret, qui poſtmodum ſe Reges ſalutarunt, & Ivetotum hodie ad Bellajorum familiam ſpectat, *Thuanus hiſt. lib. 103. pag. (m) 1063. & Serres in vit. Clotharii* ut exinde larum ſit, nec Regium plane à modico abhorrere. In Politicis etiam modicum circa cauſſas belli ſingularem meretur notam in ſequenti hiſtoria, Bellum nimi-

mirum pullulavit ex minima qvadam cauſſa inter nobiles de Regisheim & civitatem Mülhuſam, atque ideo, quod quidam Vietoris ſervus cum ſuo domino, ob 6. bacos litigaret, qvos cum impetrare à ſuo domino nequiviſſet, juſtitiam ſuper eo ſalutavit, quam cum invitam & detrectantem reperiſſet, ſuam prætenſionem certis quibuſdam nobilibus de Regisheim ceſſit, qui nobiles exinde captata occaſione civitati bellum moverunt, occaſionemq; civitati præbuerunt, quod ſecum cæteris Helve-

tiis confœderarit, recenſente *Chron.Helvet.Stumpfii l.12.c.35.pag.* (m) 672.

Simili ferè exemplo anno 1575. Johannes Forſterus Anglus Gubernator civitatis Bervic incidit in cõtroverſiam cum I. Carmichello militiæ præfecto prope civitatem Lidiscalio in Scotia ſitam occaſione perditi cujuſdam calcaris ita ut utraq; pars multis ſtipata militibus inter ſe belligerarint, quod etiam Scotos ita contra Anglos animavit, ut, niſi prudentiâ **Eliſabethæ Angliæ Reginæ controverſia ſopita eſſet, in** aper-

apertum erupiſſet bellum, cui modica res calcar nimirum deperditum animam dediſſet. *Thuan. hiſt. l. 60. pag.* (*m*) *1696.* In Gallia Carolo VI. Rege, cum rerum venalium viceſima indicta eſſet, id onus urbes detrectabant, cum igitur Pariſiis à muliercula quædam pro naſturtia à coactore obulus exigeretur, ad implorationem mulierculæ ruit in coactorem populus, hinc in rabiem vertitur, omnesque quos invenire potuit, malleis confecit *Forſtner. in Tacit. l. 4. annal. p.* (*m*) *447.* Ætolos & Arcades ob apri

ſpumantis caput Carthaginem & Byzachium ob fragilem phaſelum, Helvetios & Carolum Burgundicum ob ademptum pellibus ovium onuſtum currum, Pictos & Scotos ob furtum canum, Bononienſes & Mutinenſes ob ſitulam ligneam, ſicq; ob res nihili in controverſias bellicas veniſſe, teſtatur *Hier.* im Hoff *p 2. rat. ſtat. 25.*

Deus T. O. M. in caſtigando peccato non leones, non urſos ſed minutiſſima animalcula ut muſcas, formicas & ſimilia inſecta adhibuit, quod Popeli Polo-

niæ:

niæ Regis exemplum edocet; ut qui propter ſingularem tyrannidem à muribus infeſtatus obiit. Prodit Annius urbem Contenebram appellatam, ad Volſienſem lacum à formicis deletam. Adriani IV. Papæ mortem minutiſſimum animalculum acceleravit, dum illius os muſca involavit, quæ quia arte Medicorum eximi non poterat, illi Spiritum præcluſit *Steph. Szegedinus in ſpecul. Pontif. c. 6.*

Nunquid immanes beſtiæ minutiſſima aliqvando expaveſcunt animalcula; ſic leoni

leoni Gallus gallinaceus & elephanti mus terrorem injicit. Quibus etiam natura ſatis abunde declarat, quanta vis in exiguis rebus latitet.

Cogitatio hæc ſœpius me affecit, & cauſſam huic libello dedit. Modicæ hę ſint pagellæ, & ſi plures eſſent, frons cum receſſu non reſponderet. Materia hæc à paucis tractata adhuc in infantia degit, ubi adoleverit, magis laxam induet togam, modico temporis ſpatio, modicum de modico ſcripſi, & quidem eò libentius, quod brevitatem rari-

tas

tas materiæ commendat, & brevitas modernos titillat, ad quid enim magnum volumen, ubi res paucis comprehendi poteſt, nam non neceſſaria verborum multiplicatio non mutat rerum ſubſtantiam, *l.32.§.6. de aur. & argent.* Vale & fave.

Google

De deſcriptione modici, quid modicum ſit, & quotupliciter capiatur.

1. *Modicum opponitur magno.*
2. *Modicum & nihil æquiparantur.*

3. & 4. *Quid modicum ſit.*

5. & 6. *Quid pauper ſit.*

7. 8. 9. *Quid valeat aureus.*

10 & 11. *Modicum aliquando capitur pro ſexta decima parte.*

12. *aliquando pro 7. florenis.*

13. *Quid ſit modica impenſa.*

14. *Quid modicum feudum.*

15. *Quid modica beneficia Eccleſiaſtica.*

16. *Quid in materia venditionis reſcindenda.*

17. *Quomodo variet.*

18. *Quid in aſſecuratione ſit.*

19. *æſtimatur ex qualitate & more regionis.*
20. *Quid ſit modicum furtum.*
21. *Sapè etiam modicum dicitur quid intuitu alterius ubi de acceſſoriis tractatur.*

1. MOdicum opponitur magno, ſicut non modicum capitur pro magno in *l. 1. §. 1. de liber. cauſſ.* ubi dicitur, qvod non ſit modica filij ignominia, ſi parentem ſervum habeat, & paſſim apud bonos authores legit ut immodicũ pro magno. & apud Juris Conſultos immodicum pro nimio capitur, ut *in l, non dubium 14 ff. de leg 3. Pinell, ad* l. 2. C. *de reſcind vendit. p. 1. c. 5. n. 34.* Modicum & parvum hic pro uno eodemq; ſumimus, uti etiam plerunq; in jure capitur pro minimo & levi *in l. 1. in fin. de venti. inſpic* & leviculo ut *in l 1. §. 6. de ædil. edict.* & leviſſimo ut *in l. 60. ibi, poteſt, de re judic.*

2. Modicum & nihil aliquando æquiparantur, ſub minus enim nihil continetur. *l. minus de V. S. L. 7. § 2. de trib. act.*

3. Modicum quid ſit, non benè convenit inter doctores, communiter definitur id, quod eſt intra duos aureos *l. 9. §. fin. l. 10. de dol, &c.*

4. Juxta

4. Juxta leges Romanas etiam illud quod minus eſt quam quinquaginta aurei modicum quid appellari poteſt.

5. Cum citra dubium pauper ſit, qui aut nihil aut modicum habet, qui verò minus quinquaginta aureos habet pauper appellatur *in l. nonnulli 10. ff. de accuſat. l. 3 de teſtib. & ibi gl.* Gothofr.

6. Licet etiam hoc verè dici non poſſit, quod ille pauper ſit, qui minus quam quinquaginta aureos in bonis habet, cum ſi hoc ſemper & ubivis procederet, neceſſariò ſequeretur, qvod ille dives eſſet, qui quinquaginta in bonis habet, quod non crediderim, adeòq; diverſæ hic currunt opiniones.

M. Craſſus teſte Plutarch in illius vita illum divitem ſtatuebat, qui ex propriis reditibus legionem poterat alere. E contra *gl. §. pen. auth. de exhib.* reis quæ eſt *Nov. 53. c fin.* ſtatuit illum divitem, qui centum habet aureos. Apud Romanos, illi divites nominabantur, quibus quadragintorum ſeſtertiorum patria voq; cenſus erat, *Plin. lib. 33. nat. hiſtor. c 3. Alex. ab Alex l. 5 dier. genial. c 16.* Libertus dives ex lege Papia is habebatur, qui ſeſtertium centum millium patrimonium, hoc eſt, mille aureos habebat, nec pluribus quam uno vel duobus liberis ditatus erat, quo caſu quia libertus ut dives cõſiderabatur, ſi in tali ſtatu decedebat, patronus ex bonis liberti teſtatò inteſtatove mor-

tui virilem portionem conſequebatur, *§ poſtea, inſtit. de ſucceſſ. libert.* Juſtinianus hanc legem Papiam pro cõditione ſuorum temporum ita moderabatur, ut ſi libertus minus quam centum aureos habebat, ei non aliter patronus quam improli ſuccedere potuerit, ita ut tum temporis dives reputatus ſit libertus, qui centum aureos vel plus in bonis habebat. *§ ſed noſtra inſt. d.l & ibi not. Gothofr. & gl. Menochius in tr. de arbitr. Iudic qu. 11. lib. 2. cent. 1. cas. 65 n. 7.* hoc non ita ſimpliciter, quis dives quis pauper ſit, determinari poſſe, ſed Judicis arbitrio relinqui debere, ſtatuit, ubi inter multos ad hoc allegat *Dacium, &* *Curtium in auth præterea c. und. vir & ux. Luc à penna l. unica col. 2. de mendic. valid. lib. 11. Hieronym. Gigantem tr. de penſion q. 89. n. 10* & ſic ex perſonarum & rerum qualitate judicandum, quis pauper ſit, nobilis enim pauper dici poteſt, licet mille in bonis habeat, cum è contra ruſticus pro divite cenſeatur, qui centum in bonis poſſidet *Menoch. d.l.* cui ſententiæ etiam aſtipulatur *Wilhelm. de Freundenberg de morat. concl 44. n. 17.* qui inter alios ſuæ opinionis teſtes adducit *Adamum Kellerum tr. de Iur. Succed. ab inteſt. t 22. n. 30. Maſcard. de probat. vol. 3 concl. 1154, n. 8. Martin. Coler. de alim. l 3, c 12 n. 7. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. p. 2 q. 4 n 2.* Et ita ſentiunt *Simon de Pratis conſ. 137. n. 21. cent. 2. Petr. Surd. de alim. t. 7 q. 9. n. 10. Natta conſ. 605. n 12. vol. 9.*

vol.3. *Caſpar Klock de contribut. Sect. 2. c. 19. n.75.* & pauper non ſolum dicitur is, qui nō habet neceſſaria ad ſuſtentationem vitæ, ſed & qui vivere nequit pro conditione ſui ſtatus, *Bald in l. ſi quis ad declinandam 49. col, 2. verſ.* citra tertium *C. de episc. & cler.* & dives appellatur is, qui ita pro qualitate ſtatus vivere poteſt, ut ſemper aliquid ex reditu ſuperſit, *arg l. 22. §. 8. l. 24. ſol. matrimon. l. 3. §. ubi pupill. l fin l. de curat. fur. Nov. 3, in pr. & gl. Gothofr. in d. l. 24.* quæ omnia pro ſua prudentia bonus ponderabit judex, cujus hæc relinquimus arbitrio, cum id quod expreſsè in Jure determinatum non eſt, arbitrio Judicis committatur, *l. 1 § fin ff. jur. delib.*

Sicut igitur ille qui modicum habet, hoc eſt, pauper verò definiri nequit, ita & modicum generaliter determinate jus non patitur, ſed pro varietate loci, temporis, ſubjecti & perſonæ variat, adeòq; ſupra datæ definitioni regulariter ſtare non poſſumus; nec id ſolum, quod ad duos aureos aſcendit, modicum appellatur, aliquando plus, aliquando minus tenet, ſicut infra videbimus.

7. Quia duorum aureorum hic mentio fit, neceſſe eſt, ut quid illi duo aurei juxta noſtrum computum conſtituant incidenter explicemus.

8. Præliminariter verò hic ſciendum, quod quando aurei mentio fit, ſemper de minimo intelligatur, quoties plures aurei in

uſu ſunt *arg.l.nummis ff. de leg.* 3. quod tamen *Socin.conſ* 247. *col.* 3. *lib.* 2. limitat in debito piæ cauſſæ, ubi poti⁹ majores quam minores intellectos tradit, ſed male ſecundum Carolum Molin. apud Reverum Budelium Ruremundanum, dē monetis q 99 n 15. ſimili modo, ubi ſolidi mentio fit, de minimo h. e. monetæ minutæ ſolido intelligitur *doct in l. fin. C. Commun. de legat. & §. fin. Inſt. de pan. temere litigantium. Ioh Aquila de utilitate monetarum coroll.* 3. 605. *ap. Budelium de mon. pag.* (*m*) 920.

Aurei idem ſunt in Jure Juſtinianeo quod ſolidi *d. Aquil.* 605. 3. *d pag quorum* 72. faciunt libram auri, *per l. libertus l. fin. ff. de in jus. voc. not in l.* 1. *c. de vet. numism. poteſt. l. quotienscūq; C de ſuſceptor. lib.* 10. *Doct. in c. conquerente, de cleric non reſid.* Et tempore Juſtiniani quinis ſolidis auri argenti libra æſtimabatur *l.* 1. *C. de argent. pret. theſaur. infer. lib.* 10. & viginti æris libræ uno ſolido auri taxabantur *l.* 1. *C. de collat.* 4. *lib.* 10. Solidi autem aurei, quibus ita argenti libra & æs æſtimabatur, eo tempore erant ſecupli priorum aureorum, ita ut, teſte Budæo l. 5. de aſſe, triceni ſolidi vicenos aureos valerent.

Dicti ſunt aurei ſolidi, à tempore Alexandri Severi Imperatoris, cum vectigalia publica in id contraxit, ut qui decem aureos ſub Heliobaldo præſtiterant, tertiam partem aurei præſtarent hoc eſt triceſimam partem, tumque primum ſemiſſes & tremiſſes

fu r-

formati *Lamprid. in vita Alexand. Tholoſ. Syntagm. Iur. l,28.c,13 n.9.* mille in bonis habeat, cum è contra ruſticus pro divite cenſeatur, qui centum in bonis poſſidet, *Menoch. d.l.* cui ſententiæ etiam aſtipulatur, *Wilhelm de Freundenberg de morat. concl. 44. n. 17.* qui inter alios ſuæ opinionis teſtes adducit *Adamum Reverum tr. de jur. ſucced.* ab inteſt. t. 22. n. 30. Maſcard. de probat. vol. 3. concl. 1154. n. 8. Martin: Coler. de alim. l. 3. c. 12. n. 7. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. p. 2. q. 4: n. 2. & ita ſentiunt Simon de Prætis conſ. 137. n. 12, vol. 3. Caſpar Klock de contribut. Sect. 2. c. 13. n. 75. & pauper non ſolum dicitur is, qui non habet neceſſaria ad ſuſtentationem vitę, ſed & qui vivere nequit pro conditione ſui ſtatus Bald. in l. ſi quis ad declinandam 49. col. 2. verſ. citra tertium C. de epiſc. & cleric. & dives appellatur is qui ita pro qualitate ſtatus vivere poteſt, ut ſemper aliquid ex reditu ſuperſit arg. l. 22. §. 8. l. 24. ſol. l. 3. §. 1. ub. pupill. l. fin C de curat. fur. Nov. 3. in pr. & gl. Gothofr in d. l. 24. quæ omnia ſua prudentia bonus ponderabit Judex, cui ve hæc relinquimus arbitrio, cum id quod expreſsè in jure determinatum non eſt, arbitrio judicis committatur l. (1.) §. fin. ff. de jur. delib.

Sicut igitur ille qui modicum habet h. e. pauper verè definiri nequit, ita & modicum generaliter determinare Jus non patitur, ſed pro varietate loci, temporis, ſubjecti

 & per-

& perſonæ variat,adeòq; ſupra datæ definitioni regulariter ſtare non poſſumus,

9. nec id ſolum quod ad duos aureos aſcendit, modicum appellatur, aliquando plus,aliquando minus tenet, ſicut infra videbimus.

Quia duorum aureorum hic mentio fit, neceſſe eſt,ut quid illi duo aurei juxta noſtrũ computum conſtituant incidenter explicemus,Præliminariter verò hîc ſciẽdum, quod quando aurei mentio fit, ſemper de minimo intelligatur,quoties plures aurei in uſu ſunt arg.l. nummis, de leg. 3. quod tamen ſoci. conſ.147.col.3.lib. 2. limitat in debito piæ cauſſæ.

Et quia tum temporis ſolidus cum vocabulo aurei commiſceri incepit Ulpianus qui tempore Alexandri vixit in l. quod vulgo ff.de ædil.edict. & l. ſi verò § prætor ait ff. de his qui dejec.vel effud. prætorum & ædilium edicta referens pro aureis ſolidos appoſuit. Aureus verò tum quartam Unciæ partem pendebat.Didac.Covarruv.in collat. numiſmat.c.3.in §.ſecund.& de talibus aureis loquitur,etiam Ulpianus in determinatione modici in l.10.ff.de dol.

Solidus aureus, cujus à Juſtiniano mentio fit,& de quo ſuprà diximus in taxatione argenti & æris,ſexta eſt unciæ pars, & æſtimatur decem & et ſeptem denariis juxta d. covarruviam in collat. numiſm. qui ibi perſtrin-

ſtringit Antonium Auguſtinum, qui ſolidum qvemlibet viginti quinque denariis æſtimavit, in explicatione l. un. C. de colla. æt. lib. 10.

Nec aureus apud Romanos ſemper ejuſdem fuit ponderis vel bonitatis licet ut plurimum quarta fuit unciæ pars qualis ſub Veſpaſiano & Alexandro Severo fuit.

Sub Conſtantino Imperatore & Juliano ſextam effecit unciæ partem, ſicut & ſub Valentiniano & Valente ſub quo l. 5. C. de ſuſcept. lib. 10. prodiit, cujus etiam fuit æſtimationis ſub Arcadio & Honorio, ſub quibus *all l. un C. de collat. ar. lib. 10. & lib un. C. de argent. pret. lib. eod.* ſuam habuerunt originem.

Quod aureus in omnibus correſpondeat cũ Solido, & quod ſit ſexta unciæ pars, & centum ſeſtertiis æſtimetur, latè probat *didac covarruv. in c. 3. §. prim. de collat. numismat.* Sed dubium mihi facit hic de *centum ſeſtertiis id, quod in §. 3. inſt. de ſucceſſ. libert.* dicitur, quod pro mille ſeſtertiis unus aureus computetur.

Quicquid ſit ſufficit nobis ad explanationem noſtræ legis 10. ff. de dolo, quod ſciamus, quod tum temporis aureus quarta fuerit unciæ pars. Nulli ex noſtris aureis cum illis antiquis comparari poſſe, demonſtrat *Budeli⁹ de monet. l. 1. c. 22. n. 10.* Cenſet interim Alciat. in l. hæc enunciatio ff. de V. S. quod moderni aurei, licet levioris ſint ponderis,

quam antiqui, illam tamen diſpoſitionem Juris civilis, quæ de aureis loquitur, etiam ad modernos aureos trahi poſſe, cum hi illis ſint ſubrogati, & cum Romanum floreret Imperium ſine dubio habemus, quod aureos nummos gravioris ponderis ſignaverint, quam hodie, ubi cives ſunt pauperiores facti, & Imperium decrevit. *alleg. Budel. d. l. n. 27.*

10. Hactenus igitur vidimus, quantum aureus valuerit inter antiquos, & quo uſque ex *d. l. 10. ff. de dolo* aſcendat Modicum. Ut igitur revertamur ad propoſitum, dicimus hic, quod Modicum ſæpiſſime variet.

11. In Jure Canonico capitur pro quarta quartæ, pro ſext. decima parte *c. 30. de praben.*

12. Circa materiam decimarum illud pro modico capitur, quod ſummam ſeptem florenorum auri non excedit, uti proventus annui, qui dictam ſummam non excedunt, dicuntur tenues & exiles, cum ibi, ſeculares quoque, extrav. comm. de decim.

13. Modica impenſa ab *Alex. in l. divortio §. impendi. n. 3. in fin. ff. ſol. matrim.* dicitur, quæ fit pro fructuum perceptione, & magna, quæ eſt ad perpetuam rei utilitatem, etſi ipſa quantitas ſit exigua. Econtra ſtatuit *Menoch. de arbitr. Iud. Quæſt. l. 2. caſu 145. n. 4.* quod modica impenſa ſit decidenda, pro qualitate rei & perſonarum ex arbitrio Judicis *Ludov.*

à Mo-

à Molin. l. 1. de primogen. c. 27. n. 6. Marſil. in l. quæſtionis n. 43. de quæſt. Ioh. Garſias de expenſ. c. 11. n. 16. Barbaroſa in l. divortio §. fin. n. 36. ſol. matrim. Muntoz. de Eſcobar de ratiociciniis c. 25. n. 58.

14. Idem quid modicum & tenue feudum ſit, arbitrarium judicis eſſe dicit *d. Menoch. l. 2. cent. 3. caſ. 214 n fin.*

15. Modica beneficia Eccleſiaſtica illa reputat Paul. de Leaz. in clem 2. de decim. quæ non excedunt reditum annuũ ſeptem coronatorum; quandoq; tenue illud ſacerdotium dicitur inſpectâ nimirum perſonæ qualitate cuj⁹ annuus reditus eſt ducentûm coronatorũ, uti *in conc Lateranenſi ſub Leone X celebrato* cautũ legim⁹, quod Cardinalibus non debeant conferri beneficia, quorũ annu⁹ redit⁹ non excedit ſummam ducentum coronatorũ *Caſſiod. dec. 2. de præb.* Alii relativè conſiderat modicũ ſacerdotium, ita & omne ꝙ infra Epiſcopatũ eſt, pro modico ſacerdotio capiant, *Abb. in c. majorib⁹ 1 notab. de præb.* ſed male, cum hac ratione ipſe Epiſcopatus comparatione Archiepiſcopatus inter levidenſia beneficia numeraretur, quod incongruum eſſet. Rectius illud modicum beneficium dicit *Menoch. de arbitr. l. 2. cent. 3. caſ. 216. n. 13. 14. & ſeqq.* quod pro ſuſtentatione perſonæ non ſatis eſt, & illa ſuſtentatio juxta perſonæ qualitatem, temporis neceſſitatem, loci morem, & regionis conſuetudinem regulari debet.

Aliquando modicum eſt diviti quod multum eſt pauperi *arg. l. legitimos §. 1. de leg. tutel. Bartol in l ſed etſi ſuſceperit §. 1. in fin. de judic. arg. l. 1. ibi & liceat, de aleat.*

16. In materia reſcindendæ venditionis modicum & vile pretium dicitur, quod eſt infra dimidiam veri pretii, quod non excedit dimidiam partem juſti pretii, ſuper illo non poteſt agi *ad l. 2. C. de reſcind. vendit.* & ſi læſis eſt infra dimidium actio *d. l. 2.* locum non invenit, prout pluribus declarat, *Tholoſanus Syntagm. jur. univerſ. lib. 25. c. 24. n. 1.* Juſtum autem pretium æſtimatur ex tempore contractus *l. 8. C. de reſcind. vendit.* ex loco *l. 63. §. fin. ad L. Falcid.* & quantum ex communi æſtimatione valuit, quod valere plerumq; ſumitur ex quantitate redituum in immobilibus *l. 16. C.* de reſcind. vendit. Dixi ſupra, quod ſi quid & infra dimidium, non poſſit agi à venditore ad reſcindendam venditionem è contrà ſi uno ſolum modo ſupra dimidium pretii eſt læſio, emptio reſcinditur, vel reliqvum ab emptore ſuppleri debet, *Tholoſ. d. l. n. 13.*

Aliquando modicum aſcendit ad 10. libras auri, alibi ad viginti marcas, alibi ad quinquaginta ſolidos, & ſic reſpectu rerum & perſonarum variat, *Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 75. n. 27:* & generaliter modicum relinquitur, arbitrio judicis, inſpecto loco, civitate & principatu, in quo agitur de modico, non

non autem tota provincia, vel ducatu unius Domini *Claud. Seiſel. de feud tit. qui feud dar. poſſ. col. 4. lim. 2. Anton. Cerſet. de poteſt. Reg tr. de minimis in pr. n. 2.*

18. Sic modicum aliquando dicitur ratione circumſtantiarum V. G. ſi quis pro mercede aſſecurationis tertiam partem aurei pro ſingulis centum aureis dederit, ut aſſecurator ſuſcipiat periculum rei, illa merſees poteſt dici modica, cum non correſpondeat periculo, verum ſi conſideratur una illa circumſtantia, quod plures ſint, qui parati ſunt tali pretio aſſecurare, non dicitur modica *Raph. de turr. deciſ. 27. lit. G & H. p. 379.*

19. Servandum eſt id, quod tradit *gl. in l. in bona C. de reb. cred.* quod modicum vel magnum deceat attendi ex qualitate perſonarum & more regionis, & perpetuum id eſſe in jure tradit. *Marquard Freher de fam. l. 1. c. 10 n. 15.* quod in modo alicujus rei conſtituendo qualitas perſonarum & mos regionis inſpici debeat *per l. 14. §. hac acti ff. ad L. Falc. l. 1. in pr. ff. de uſur.*

20. Quale ſit furtum parvum vel magnum, arbitrio judicis determinandum relinquit, *Eudov. à Pequer. dec. 27. Menoch. 2. de arb. jud. quaſt. cent. 2. caſ. 293. Caſſan. in conſ. Burgund. rubr. 1. §. 5. verbo pro prima vice. n. 15. Cruſ. de indic. del. p. 3. c. 1. n. 45.* Hoc notabile eſt, quod furtum magnum dicatur in conſtitutione Carolina, quod excedit 5. florenos,

artic.160 & propter tàm modicam ſummam pœna irrogetur ſuſpendii *d.l.Et ſic quid modicum ſit*, communiter arbitrio judicis relinquitur *Frider.Huſan.de homin. propr. qu. 4.n. 67.* Quia variat ſecundum materias, perſonas & actiones, & ſemper relationem habet ad multum; ſicut minimum & minus, & maximum & majus, cum ſemper ſuperlativum & comparativum præſupponat poſitivum *l.75.§.2.de V.O.Salic.auth.ſed novo C.de ſerv. fugit.*

21. Sæpè modicum dicitur relativè h.e. intuitu alterius quod majus eſt, & ſic acceſſoria habentur pro re modica intuitu rei principalis ade q; ſeqvuntur naturam illius *c.acceſſoria,de reg.jur.in 6.* & regulariter non attenduntur ita ut diverſam à re principali cõſiderationem conſtituant *gl in l.quamvis 26. ff.de aut.argent.* facit acceſſoria, *Minda a.de contin cauſſ* duplicia partim naturalia, partim induſtrialia, de quorum definitione, & quomodo inter ſe diſtinguantur, conſuli poteſt *d.author.d.tr.l.3.n 4.5.6 & ſeq.* & omnia ferè indiſtinctè, ſicut diximus, principali cui accedunt obſequium præſtant & famulantur; hinc privilegium in principali re obtinens etiam ad acceſſorium extenditur *Albert.Brun.tract.de augment. concluſ.principal.* Sic privilegium doti conceſſum habet etiam locum in dotis augmento *l. ſi proprietati l. inter Socerum §. cum inter ff. de jur. dot.*

l. etiam C. eod. tit. niſi diverſa ratio reddi poſ-
ſit, *Cardin. Mantic. de ambig convent. tom. 2. l. 12 tit. 20. 26 n. 8.* & ſtatutum diſponens de dote, intelligitur etiam de augmento ejus *auth. ſed jam neceſſe C. de donat. ante nupt. Old. conſ. 345. n. 5. Ruin. conſ. 12. n. 27. l. 2.* quia augmentum dotis non eſt nova dos, *d. l. ſi proprietati ff. de jur. dot. Rol. de lucr. dot. q. 100.* non obſtante ulla ratione in contrarium, quæ fortè de contrarietate juris civilis, & qvod tale ſtatutum juri civili ſit contrarium, allegari poſſet, & quæ pulchrè diſcutitur à *Mantic. de ambig convent alleg. loco. n. 11 & 13.*

Privilegium ab Epiſcopo exemptione decimarum conceſſum non ſolum in his locum habet, quæ privilegiatus tempore impetrati poſſedit privilegii, verum & in illis, quæ ex poſt facto veteri poſſeſſioni acceſſerunt *C quia circa 22. ext. de privil.* Et privilegium conceſſum eccleſiæ dicitur etiam conceſſum cæmiterio, illi annexo, & ob id polluto cæmiterio, polluta etiam dicitur Eccleſia *c. 1 de conſec. eccl. Menoch. cõſ. 250. n. 36* nec obſtat *c. cum capella ib & C. ſeq. de privil.* ubi dicitur qvod exemptio conceſſa monaſterio ad capellas ei ſubjectas nulla ratione extendatur, ſupra dicta enim regula eatenus locum de ſequela acceſſorii habet, niſi diverſũ in lege, vel capitulo diſpoſitũ ſit, Mindan. de cõt. cauſſ. l. 3. c. 21. n. 38. adeoq; illa allegata capitula hic exceptionẽ prębent, & quę exceptio

in

in hac ratione fundatur, quod talis exemptio ubi & ad capellas porrigeretur, nimis gravis eſſet, concedenti, cui illa, quæ ante conceſſionem privilegii onera debebant, ita præter illius mentem ſubtraherentur *Vide Frider. Mindan. d l.* cui contrarius videtur *Burſatus conſ. 138. n. 29 & 33.* qui immunitatem onerum ad omnia acceſſoria & prædia poſt acquiſita, ut & ad omnes onerum impoſitiones ex poſt facto venientes extendi ſtatuit.

Gratia alicui à Pontifice facta, ut poſſit beneficium vacaturum in eccleſiâ conſequi, ubi etiam aliquod in eccleſiâ, illi eccleſiæ annixæ vacat, locum habet, *Menoch. conſ 250. n. 37. ex Rota in deciſ. 6. tit. de conceſſ. prabend. in novis:* Et quod ſi princeps alicui feudum promittat, quod in ditione ſua aperietur, & ſi ditioni novus comitatus accedat, in quo feudum apertum eſt, ex promiſſione tenetur, *Mindan. de contin. cauſſ. d. l. 3. d. c. 21. n 36 ex Daniel Moller. ſemeſt. 4. c. 21.* & privilegium alicui conceſſum, ut poſſit abſq; ſolutione gabellæ pertranſire per comitatum, intelligitur etiam aucto comitatu *Curt ſen. conſ. 57. ſuper eo quod ab ordine col. 6. verſic. 3* Menoch. conſ. 201. n. 148. licet tamen in hoc *alleg. Mindan. n. 40. diſtinguat* ubi dicit, quod tenor privilegii hoc in paſſu inſpiciendus ſit, & quod privilegium dans aut vocabulo ditionis aut regni utatur, ubi poſteriori utitur vocabulo,

non

non ad omnes ditiones vel poſtea acceſſuras privilegium extentendum ſit, ſecus verò ſi vocabulum ditionis privilegio inferat, cum ditionis nomen generale ſit, & hinc *d. Mantic.* dicit, quod ejectus ab Hiſpano ex regnis non cenſeatur ejectus ex provinciis belgicis, cum hæ licet ſint ſub uno rege, ſub regno tamen non veniunt juxta dictum authorem, adducit etiam *D. Mantica* ſimile exemplum à Rege Daniæ, ubi dicit, quod Rex Danæ Regno cuidam interdicens non interdixiſſe cenſeatur, Ducatibns Holſatiæ, & Sleſingæ, ſed fallit d. author in adductione hujus exempli, cum ſcire debuiſſet, quod Rex Daniæ ut Rex, nullam ſuper Holſatiam, utpote quæ eſt feudum Imperii habeat juriſdictionem, ſecus autem eſt de Sleſinga, quæ à Dania dependet. Ex eadem dictæ Regulæ ratione, ubi conceditur perſonæ, ut poſſit audire divinum officium, eius etiam familiares domeſtici ad audiendum cum ea admittuntur, *c. licet vobis 11. de privil. in 6.* ut & omne privilegium conceſſum perſonæ videatur, etiam conceſſum familiæ, ſine qua cum honeſtate vivere nequit *Cornel. p. 2. c. 3. n. 119.* & privilegium pauperibus datum, intelligitur etiam illis conceſſum, qui eis inſerviunt, & hoſpitali præſunt. *Oldr. conſ. 11.* alias privilegium ad aliam perſonam etiam ex idenditate rationis extendi nequit, *c. ſane 9. de privil. & exceſſ.* & quod etiam privilegium conceſ-

ſum

ſum ratione dignitatis liberis etiam competat mortuis, etiam parentibus tradit *Tiraq. in tr. ceſſante cauſſa l. parte. n. 111.* privilegium tamen alicui datum non porrigitur ad nepotes ex filia *Arrius Pinell. l. 3. n. 32. C. de bon. matern. l. familiæ § fœminarum ff. de V. S.* ita etiam ut illud alicui pro ſe & poſteris & generi ſuo conceſſum ad natos ex fæminis non extendatur, niſi â fæmina fæminę dictum ſit *Prukmannus in l. in multis art. 18. membr. 3. part. 1. ff de ſtat. homin. Reyger, in theſ. jur. voc. privilegium n.* 107.

Ex eodem fonte etiam illud fluit, quod traditur in l. *cum mirum 19. §. perveniamus ff. de aur. & arg.* ubi dicitur, quod ſi margaritæ auri ornandi gratiâ adhibitæ ſunt, auro cedant, ſi contra aurum, margaritis: Et hujus regula confirmationem præbet, commodati contractus, in quo diligentia cuſtodię etiam in acceſſoriis eſt præſtanda, ita ſi equam commodavi, qvam pullus ſequebatur, etiam pulli cuſtodiam commodatarium præſtare oportet *l. ſi centos § usq; adeo ff. commod.* ut & commodatarius non ſolum in re commodata competit furti actio, ſed & in rei commodatæ acceſſoriis, ut & propter ſervum commodatum nomine furti propter veſtem agere potes *l. cum qui 14. §. non ſolum 15. ff. de furt.* & equo vendito cenſentur etiam illius acceſſoria ut puta ſella & ornamenta vendita *l. ædiles ajunt ff. de ædil. edict. Mantic.*

de am-

de ambig. convent. l. 4. t. 9. n. 16 & ſub equa vendita etiam contineri pullum tradit dictus Mantic. d. l. n. 17. ex Jaſon in l. hujuſmodi §. legatum de lege 1. ubi nimirum adhuc eſt in utero, tum enim eſt viſcerum portio *per l. l. 1. §. 1. ff. de ventr. inſp.* Ex quibus exemplis noſtrum verificatur axioma quod tale eſt, quod acceſſoria ſequantur naturam ſui principalis, ad cujus illuſtrationem adhuc infinita adduci poſſent, ſed eo noſtrum non excurrit intentum, hoc ſolum per ea demonſtrare volumus, quod acceſſoria ut modicæ conſiderationis ſuum ſequantur principale, alias qui plures dictæ regulæ deſiderat declarationes conſulat *Hippol. de Marſil. in ſingul. ſuo 17. incip.* acceſſorium & Gerhard. de Petr. Sanct. in ſing. ſuo 23. incip. notant.

De

De modico tempore.

1. *Modicum tempus capitur pro uno die.*
2. *Quomodo capiatur in materia teſtamentaria.*
3. *Sumitur pro quinquennio.*
4. *Alibi pro 4. menſibus.*
5. *Alibi pro bimeſtri ſpatio.*
6. *Alibi pro triginta diebus.*
7. *Alibi pro 10. diebus.*
8. *Aliquando pro 3. & 5. diebus.*
9. *Aliquando ſolum pro 3. dierum ſpatio.*
10. *Alibi pro ſemeſtri ſpatio.*
11. *Relinquitur arbitrio judicis.*

Cap. II.

Sicut ſumma variatur in modico, ita etiam modicum temp⁹ diverſi mode in jure capitur. Modicum tempus in explicatione *l.1.§.qui præſens d.V.O.* accipiunt communiter *Dd.* in quo nullius actus intermedius h.e. ad contractum non pertinens intervenit: *ex l. continuus 137. d. & l.6.§.fin.de duob. reis*,

reis, in cujus explicatione *Gad. de V. O. C. 4. n. 15.* modicum intervallum capit pro uno die, ita ut ſi manè te interrogem, tu eodem die ſerò reſpondeas, hoc pro continuo actu & modico intervallo ſive exiguo tempore ſumatur idq; ex argum. *d. l. 137.* ubi dicitur quod ſi in ſtipulatione poſt interrogationem aliquid extraneum inter venerit, nihil proſit, licet eadem die ſponſio facta ſit, ex quo à contrario ſenſu ita argumentatur, E. ſi nihil extranei intervenit, & eadem die ſponſio facta eſt, actus pro continuo & dies pro modico intervallo ſumenda eſt, & ad corroborationem hujus ſententiæ adducit *l. 6. de excuſ. tut.* ubi dicitur quod ſi duæ tutelæ uno die collatæ ſint, ille qui creavit, eligere debeat, atq; exinde indicatur, quod illud, quod uno die factum eſt, ſimul factum cenſeatur nec quid prius quid poſterius factum ſit, judicari poſſit, atq; hinc diem pro modico tẽpore ſumunt, ſed malè *d. author* in hac materia allegat *l. in operis ff. loc.* cum ex illa nec directè nec indirectè aliquid quoad determinationem modici temporis deſumi queat. In ſtipulatione dotis ubi nimirum pater dotem dat, ita demum in ſuam perſonam actionem transfert, ubi in continenti ſtipulatur, in continens verò ſive modicum tempus intelligitur, ſi nullum tempus interpoſitum ſit, quis autem dicit, quod nullum tempus interponatur, ubi unius diei aliquæ horæ

tran-

tranſierunt , Cum etiam hora tempus ſit.

2. Juxta diverſas materias diversè capitur. In materia teſtamentaria capitur modicum tempus, quatenus nullus actus extraneus ad teſtamentum non pertinens immiſcetur *per l* 21. § *fin. qui teſtam. fac. l* 21. *C. de teſtam.*

3. Aliquando modicum tempus pro quinquennio ſumitur ut in ſeparatione bonorum in qua petenda, ſi ultra quinquennium à tempore aditionis res protenditur, amplius ſeparatio peti non poteſt, & quod intrà quinquennium eſt , pro modico tempore computatur *l* 1 §.13. *de ſeparat*

4. Aliquando capitur pro quatuor menſibus, ut in parato debito, in quo mora modici temporis hoc eſt 4. menſium *l.* 3. *C. de uſur. rei jud.* non nocet *l. ſi debitori de judic.*

5. Aliquando ſumitur pro bimeſtri ſpacio, intra quod tempus illi qui pallium conſequenti defectum objiciunt, ſi pallii traditionem retardari velint, illud quod objecerunt, probare debent , & ideo appellatur promptæ fides *c. un extrav. comm. de autor. pall.* Sic & bimeſtre ſpatium dicitur parvum tempus in *l.* 2. *C. de ſecund. nupt.* Et cum ſit modicum tempus *l. aufertur* § 4. *de jur. fiſc.* illi qui compenſationem fiſco objicit conceditur ut objiciens non ſtatim compen-

ſatio-

rationem probet, ſed bimeſtre ſpatium habeat, intra quod debitum ſibi docere poſſit, Vide *gl. Gothofr. in d. l. aufertur* 46. *§.* 4. *d.* 4.

6. Quandoque pro triginta diebus capitur, ut in interdicto de itinere, actuque privato, in quo ſufficit modico tempore id eſt, non minus quam 30. diebus uſum eſſe itinere actuque privato, *l.* 1. §. 2. *de itin. actuque priv.*

7. Aliquando pro 10. diebus ut in actione conſtitutæ pecuniæ *l.* 21. §. 1. *de pecun. conſtit.*

8. Aliquando pro ſpatio 3. aut 5. dierum, quorum mora inſiſtendo non nocet, *l.* 8. *ſi quis caution.*

9. Aliquando pro triduo, ut in errore advocatorum revocando à parte præſente *l.* 3. C. *de error. advoc.* & judice ſuſpecto recuſando *l. fin.* C. *de judic. recuſ.* ut & in inventario à tutoribus centi inchoando à tempore ordinationis per *Alber. in l. tutores n.* 7. *C. de adminiſtr. tut.* *Carol* von Hagen *in juriſpr. publ. l.* 2. *c.* 4. *n.* 12. *ibi, & quidem debet.* Et in Jure Canonico id quod intra triduum eſt, pro modico habetur tempore hinc ſi quis de eo poſt decimum quartum annum profeſſionem voti fecerit per aſſumptionem habitus & habitum intra triduum depo-

ſue-

ſuerit, profeſſionem feciſſe non cenſetur, cum ad profeſſionem cenſeatur perſeverantia tridui, per *c. ad noſtram, de regul & tranſeunt ad relig.* ex quo id colligi poteſt, quod minus triduo habitum portans, habitum portaſſe neutiquam cenſeatur ob modicitatem temporis.

10. In excuſatione tutorum modicum tempus eſt ſemeſtre ſpatium, ut ſi quis tres tutelas habeat, quæ alias liberant ab aliis tutelis, pupillorum verò, quorum tutela geritur vel defertur, talis ætas ſit, ut proximi pubertati ſint, & tantùm ſemeſtre ſpatium reliquum ſit, non meretur excuſationem, cum nihil diſtare videatur, quod ſex menſibus tantum diſtat, *l. non tantum* 17. *de excuſ. tut. & ibi gl. Gothofr. lit c.*

11. Determinatio modici temporis ſæpiſſimè relinquitur arbitrio judicis *l. 15. § fin. ex quib. cauſſ major. l. omninò ff. d. impenſ. in res. dot. Seb. Med. reg. 5. n. 200. fol* 212, *Mantica autem in tr. de convent. ambig. l 5. t. 13. §* 28. Modicum tempus intelligit uſq; ad annos decem excluſivè, idq; ex hac ratione quod decennium tempus longum dicatur, ergò argumentando à contrario ſenſu, id quod infra decennium eſt, pro modico tempore computat *l. pen. & ult. C. de poſſ. long tempor.* melius tamen eſt modicum tempus capi juxta ſubtectam materiam ſecundum ipſum *Manticam d. l.*

Neceſſe

12. Neceſſe etiam hic eſt ſcire, quare momentanea poſſeſſio appellatur, non quod poſſeſſio parvi ſit momenti, cum illa magni ſit præjudicii, ſed quod ſit res, brevi temporis ſpatio reformanda, reſtituenda, vel danda vel tuenda ei, ad quem res pertinet, omni exceptione, compenſatione, appellatione remota, *Dd. ad tit. C. ſi de moment. poſſeſſ. appell. Finkelthuſ. obſerv. 32 n. 28.*

De præſumptione modici, & in quibus præſumatur.

SUMMARIA.

1. *Præſumitur in legato modicum,*
2. *In diverſis ſummis in qvibus judex condemnavit.*
3. *In ſtipulatione conventionali.*
4. *In ſtipulatione prætoria.*
5. *In dote ubi tamen exceptiones aliquæ occurrunt.*
6. *Excipe æſtimationem libertatis.*
7. *Quid plus excipiatur hoc in caſu.*
8. *Semper minimum ſequimur.*
9. *Modica impenſa præſumitur.*

CAP. III.

1. Quia modicum in nullius præjudicium vergit, in dubiis cenſetur, ut in legato, ubi ſemper minima ſumma legata cenſetur *l. 29. §. 1. l. 75. de legat. 3 l 43. §. 3 de legat. 2.*

2. Item ubi in diverſis ſummis judices condemnant, ſemper minimam ſpectandam Julianus docuit *l. 38. §. 1. de re jud.*

3. Item quando diverſæ ſummæ in ſtipulationem ſunt deductæ, ſemper pro minima præſumitur *l. 12 l. 109 de V.O Menoch. de præſumpt. l. 3 pr 106. n. 4.*

4. Et ubi in ſtipulationibus prætoriis nulla certa ſumma in cautionem deducta eſt, ad exiguam ſummam deducitur *l. 11. de ſtipul.*

5. Item ubi dos nulla adjecta quantitate promiſſa eſt, minima promiſſa cenſetur *Gothofr. in l. 1. C. de dot. prom.* niſi illam præſumptionem augeat dignitas perſonæ, cum ex dignitate perſonarum etiam augeatur legatum *l ſed etſi ſuſceperit, §. ſed etſi proponat, ubi gl ff. de judic. l. ſi ſervus plurium §. fin. de legat. 1.* & utilitas propter dignitatem creſcat, *l. 18. in fin. de judic.* & quando aliquid donatum eſt nobili, cenſetur pinguius donatum *Bald. in l filiusfamilias de donat.* & ſic modicum donans pauperibus non videtur de pauperib. nobilibus ſenſiſſe *Tiraq. de nobilib. c. 20, 153.* eadem ratione etiam in dote nobilibus aſſignata fallere poteſt, & tunc

tunc non minus, ſed plus ſequimur *l.57. de jur.dot. ibiq; gl.*

6. Fallit præterea in æſtimatione libertatis, ubi procurator de rato cavit, & nullam certam ſummam adjecit, ad infinitum dicta æſtimatio extenditur *l. 8. §.2 rem rat.hab.*

7. Deinde etiam minimum intelligitur, niſi vel mos regionis obſtet *Mant. de tac. con. l.12. t. 10. n. 28.* vel propria verborum ſignificatio repugnet. *Alex.in l. ſi ita ſcriptum in pr.n 4.verſ.tertio not.de leg.* 1. vel ipſi naturæ contrarietur, ſic non præſumitur ædificium uno horę momento poſſe conſtrui, & ſic contra modicum tempus hoc paſſu præſumptio currit, uti tradit *l. fin. C. de contrac. ſtipul.*

8. Aliàs ſemper minimum ſequimur *l. ſemper in obſcuris*, de R. J. hinc molendinum conducens ſub conditione, ut illud teneatur reaptare, ſe non niſi ſemel ad reparationem obligaſſe præſumitur, *Bal.l.licet, col.2.* C. *loc. & ideo ſi poſt primam reaptationem deſtructum fuerit*, non iterum tenetur reaptare, niſi adverſarius, quod ita ſe obligaverit, probet, adeoq; ſi reaptaverit conducens, ei fit remisſio mercedis *Alex.in addit. ad Bartol. l. boves §. hoc ſermone ff. de V. S. Cremens ſingul. 146. Bertoch.in tract Gabel p.2 q.25. Curt.conſ.178. n.26. Bapt. Nicolai in reg. jur.voc* molendinũ, ut & in modicis præjudiciis ſufficit probatio

præſumptiva *Dd. in l. theſaurus ff. ad exhib.*

9. Simili modo licet regulariter impenſæ & melioramenta non præſumantur, ſed clarè probari debeant, *Guid. Pap. deciſ. 614. Borgn. Cavalcan. deciſ. 28. in addit. de jud.* modica tamen impenſa præſumitur, adeòque hic ſtatur juramento partis *Reyger in theſaur. jur. voc. melioramenta n. 23.*

Modicum quales producat præſumptiones.

SUMMARIA.

1. *Modicum pretium facit indicium dominii.*
2. *Modicitas pretii arguit ſimulatum contractum.*
3. *Qualem præſumptionem cauſſet modicum intervallum.*
4. *Qualem præſumptionem cauſſet modicum pretium in furto.*
5. *Probationem ſemiplenam inducit.*
6. *Ex modico intervallo præſumitur actus continuus.*
7. *Ex brevitate tempus quomodo præ-*

præſumatur in ædilitio edicto contra venditorem.

8. *Quid modicum tempus operetur in æſtimatione dotis.*

9. *Feudum ſub vili pretio datum ad modicum tempus in fraudem domini datum cenſetur.*

CAP. IV.

1. QUando modicum pretium ſolvitur pro magno, facit indicium dominii, imprimis ubi pro tali reſolvitur quæ ex ſua natura alienari nequit. *Collect. Camer. Gylmann. p. 1. t. 2. de rei convent. p. (m) 75. n. 44.*

2. Modicitas pretii arguit ſimulatum contractum *Panorm conſ. 49. p. 1. n. 1.* & præſumptionem facit contra verum contractũ, ut ſi datur res mille valens pro centum *c. 1. verſ. ſi quis qual. ol. feud. alien. pot. Rimin. conſil 74. n fin.* iſtam autem modicitatem limitat Cavalcanus ad tertiam vel quartam partem *deciſ 2. n* 15. ſecus verò eſt ſi læſio eſt ultra dimidium juſti pretii, tunc non ſimulatio, ſed læſio præſumitur *Beſold. conſ. 93. n. 84.* valere autem res dicitur, quod communis dedit æſtimatio tempore contractus *l. 16. C. de reſc. vend.*

3. Ducit etiam ſingularem præſumpti-

onem *Rota Romana p.3.l.3. dec. 869. p.* (m.) 123. ex modico temporis intervallo ubi proponit, quod Gentilis, qui comparaverat omnia bona Franciſci ad Cameram devoluta ob rebellionem Franciſci interfectus fuerit quinque dies poſt inſtrumentum venditionis, adeòq; cùm modicum temporis intervallum inter venditionem & homicidium interſit, præſumitur homicidium ex occaſione emptionis profluxiſſe. Ut regrediar ad modicitatem pretii, certum eſt, ex illa præſumi labem uſurariam *Alex. conſ. 109. in fin. vol. 4. Grammat deciſ. 76. n. 26. Dec. cenſ. 167. 308. Boer. conſ 12. Cæp de ſimul. contract. n. 10 verſ. ſextus caſus, Beroi. conſ 166 n. 3. vol. 1 conſ. 169. n. 18. & n. 22 vol. 1. Neviz. conſ. 88. Natta conſ. 286. n. 2. vol. 3. Gabr. concl. de præſumpt. cond 6. n 2. Octavi. Cacheran. dec. Pedem. 42.* quos omnes etiam allegat, *Burſatus lib. 1. conſ. 117. n. 12.*

An autem ſola modicitas pretii, an verò cum pacto retrò vendendi conjuncta, faciat ſimulatum contractum, in dubium trahitur, & poſterior, ut magis communis opinio arridet. *Caſſador deciſ. 1. de uſur. Eman. Suarez. recep ſent verb. venditionis n. 60. Mandoſ. ad Roman. conſ. 423. Capr. in ſuis reg. c. 87 n. 165. Rol. à Valle conſ. 40. n. 21. vol. 2. Hier. Gabr. conſ. 74 in pr. n 3.* ſed contrarium tam unius quam alterius, quoad hanc quæſtionem in foro practicari dicit *Burſat. conſ. 117. l. 1. n. 12.*

4. Ar-

4. Arguitur furti ſcientia & quod emptor ſciverit rem eſſe furtivam præſumitur, quoties res magnæ æſtimationis pretio exiguo empta eſt, *Ioh. de Plateia in §. conceptum Inſt. de furt. ubi* tradit, quòd ex modicitate pretii fraudis participatio colligatur, *Men. de praſ. l. 5. praſ. 29. n. 12. quem allegat Cruſ. de ind. del. p. 3. c. 2. n. 17.*

In hoc etiam modicum generat præſumptionē, q̄ ſi quis rem, quæ magni eſt valoris, modico pretio emat, præſumatur fraudis particeps, adeòq; creditor de illo conqueri poſſit, quod in fraudem creditorum emerit, & ſic contra emptorem Paulianam inſtituere queat *l. ſi debitor 7. ff. quæ in fraud. credit. Celſ. Bargal. de dolo l. 5. c. 4. n. 32. 33.* & ſimile eſt hoc in paſſu, ſi magno pretio quis quid emat, quod parvi valebat, eo etiam caſu fraudaſſe creditores præſumitur *l. 1. §. ſi quis ff. ſi quid in fraud. patron. Bargal. d. l. n. 37. 38. ut &* *l. per diverſas 22 C. mandat.* locum invenit, & ſimulata præſumitur ceſſio, ubi quando res pro parte venditur, & pro parte permutatur, habita rei æſtimatione una cum illa parte pretii de ejus tenuitate apparet. *Berlich. aur. deciſ. 32. n. 7. Menoch de praſ. 129. n. 5.*

Si ædificans tenuem commoditatem ex ædificato percipit, alter autem

& quidem vicinus magnum damnum, cenſetur ille ædificaſſe ad injuriam & æmulationem vicini, *Decius conſ. 244. n. 7. in fin.* °*Ripa in l. quo minus n 29. & 81. ff. de flumin Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 29. n. 24. Mevius in jur. Lubecenſi t 12. art. 7. l. 3. n. 31.* ædificare autem ad æmulationem vicini prohibitum eſt, *l. opus novum ff. de oper. publ. c. Piſanis in fin. de reſtit. ſpoliat.*

6. Modicum aliquando præſumptionem facit, & probationem ſemiplenam inducit, ut in teſte uno, licet enim unus teſtis ſit nullus teſtis, juxta illud græcum εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνὴρ, & unius teſtimonium nec juſtificet, nec condemnet, *c. admonere 3 qu. 2.* tamen ſemiplenam inducit probationem *gl. in l. admonendi. ibi Lanfran. col. 11. verſ. venio ad tertium ff. de Iurejur.* ſed facit, ut quis producens unum teſtem juramentum purgationis ſuo poſſit deferre adverſario *l. 31. duo l. admonendi ff. de jurejur. c. fin. de jurejur.*

7. Ex modico intervallo præſumitur actus continuus & affinis argumentando ex contrario ſenſu per l. quod ait lex in *fin. ff. ad L. Iul. de adult.* ubi ex longo intervallo præſumitur actus extraneus.

8. Licet probandi onus emptori ex ædilitio edicto agere volenti incumbat probatio, quod res empta ante venditionem fuerit vitioſa *l. quæro § fin ff de edil. edict. l. 2. D. de probat. Oldendorp. progymn. claſſ. 4 act. 2. pract.*

2. quodſi

2. quod ſi tamen in continenti vel modico poſt emptionem tempore ſentitur morbus, ex brevitate temporis in præteritum, & quod jam res ante venditionem fuerit vitioſa, præſumitur *Weſenbec. conſ. 113 n. 29.* hinc equus illico poſt venditionem mortuus ex morbo ante contractum contracto mortuus præſumitur, *Bonacoſſa de equo qu. 213.* donec contrarium à venditore probetur *Roveſtrunk de jud. equeſtr. l. 1. c. 7. n 22 23. 24. & ſeq.* modicum autem tempus in hoc caſu pro triduo capit *d. Roveſtr. d. l n. 29. per l. 1. & ibi gl. C. de emend. ſervor.*

9. Æſtimatio dotis in dubio facit emptionem, ſi fit in continenti Fœn. de mom. temp. c. 22. n. 1. Ubi etiam feudum ad longum tempus ſub modico pretio datur, in fraudem alienatum præſumitur, ubi modicum pretium reputatur vilis duorum denariorum penſio 2. F. 9. §. *donare* & ibi *Nævius*.

Modicum in qvibus articulis Juris non curetur.

SUMMARIA.

1. *Nullus eſt regularis modici effectus*
2. *Summa intra 400. thaleros hodiè non eſt appellabilis.*

3. *Ex jure ſtatuti Francfurtani illud quod eſt infra 5. florenos, pro exiguo habetur.*

4. *Non valet illa diſtinctio, quod modicum in actione pratoria negligatur, in civili verò curetur.*

5. *Modica transgreſſio non curatur.*

6. *Propter levem inimicitiam fidei commiſſum ademptum non eſt.*

7. *Modici patrimonii tres tutelæ nullam prabent excuſationem.*

8. *Magiſtratus an munera parva & Xeniola accipere poſſit.*

9. *Modicum non comprehenditur ſub lege vel ſtatuto generaliter diſponẽte, per varia exẽpla deductũ.*

10. *Solennitatis modica omiſſio actum non vitiat.*

11. *Levis ſubreptio non nocet reſcriptis impetratis.*

12. *Paucorum immobilium poſſeſſio*

non relevat à Satisdatione.

13. *Suſpectus debitor eſſe nequit, qui modicum debet.*

14. *Reſtitutio in modica læſione locum non habet.*

15. *Quæ ſit modica læſio.*

16. *Vſufructuarius tenetur ad modicam refectionem, & quid modica refectio ſit.*

17. *Quæ ſit modica impenſa.*

18. *Vſufructuarius habet modicam caſtigationem ſervi, & quæ ſit modica caſtigatio.*

19. *Modica impendia commodatarius fert, & quæ ſint modica impēdia.*

20. *Quæ modica magnaq́ ſint alimēta*

21. *Propter minimam cauſam res inempta fieri non debet, & quid hîc ſit minima cauſſa.*

22. *Modicus error emptori non nocet, & quid ſit modicus error.*

Cap. III.

1. Quia modicum in nullius præjudicium vergit, in dubiis cenſetur, ut in legato, ubi ſemper minima ſumma legata cenſetur *l. 29. §. 1. l. 75. de legat. 3 l 43. §. 3 de legat. 2.*

2. Item ubi in diverſis ſummis judices condemnant, ſemper minimam ſpectandam Julianus docuit *l. 38. §. 1. de re jud.*

3. Item quando diverſæ ſummæ in ſtipulationem ſunt deductæ, ſemper pro minima præſumitur *l. 12 l. 109 de V. O. Menoch. de præſumpt. l. 3 pr 106. n. 4.*

4. Et ubi in ſtipulationibus prætoriis nulla certa ſumma in cautionem deducta eſt, ad exiguam ſummam deducitur *l. 11. de ſtipul.*

5. Item ubi dos nulla adjecta quantitate promiſſa eſt, minima promiſſa cenſetur *Gothofr. in l. 1. C. de dot. prom.* niſi illam præſumptionem augeat dignitas perſonæ, cum ex dignitate perſonarum etiam augeatur legatum *l ſed etſi ſuſceperit*, §. *ſed etſi proponat, ubi gl ff. de judic. l, ſi ſervus plurium* §. *fin. de legat. 1.* & utilitas propter dignitatem creſcat, *l. 15. in fin. de judic.* & quando aliquid donatum eſt nobili, cenſetur pinguius donatum *Bald. in l filiusfamilias de donat.* & ſic modicum donans pauperibus non videtur de pauperib. nobilibus ſenſiſſe *Tiraq. de nobilib. c. 20, 153.* eadem ratione etiam in dote nobilibus aſſignata fallere poteſt, & tunc

tunc non minus, ſed plus ſequimur *l. 57. de jur. dot. ibiq́; gl.*

6. Fallit præterea in æſtimatione libertatis, ubi procurator de rato cavit, & nullam certam ſummam adjecit, ad infinitum dicta æſtimatio extenditur *l. 8. §. 1. rem rat. hab.*

7. Deinde etiam minimum intelligitur, niſi vel mos regionis obſtet *Mant. de tac. con. l. 12. t. 10. n. 28.* vel propria verborum ſignificatio repugnet. *Alex. in l. ſi ita ſcriptum in pr. n. 4. verſ. tertio not. de leg.* 1. vel ipſi naturæ contrarietur, ſic non præſumitur ædificium uno horę momento poſſe conſtrui, & ſic contra modicum tempus hoc paſſu præſumptio currit, uti tradit *l. fin. C. de contrac. ſtipul.*

8. Aliàs ſemper minimum ſequimur *l. ſemper in obſcuris*, de R. J. hinc molendinum conducens ſub conditione, ut illud teneatur reaptare, ſe non niſi ſemel ad reparationem obligaſſe præſumitur, *Bal. l. licet, col. 2. C. loc. & ideo ſi poſt primam reaptationem deſtructum fuerit*, non iterum tenetur reaptare, niſi adverſarius, quod ita ſe obligaverit, probet, adeoq; ſi reaptaverit conducens, ei fit remiſſio mercedis *Alex. in addit. ad Bartol. l. boves §. hoc ſermone ff. de V. S. Cremens ſingul. 146. Bertoch. in tract. Gabel p. 2 q. 25. Curt. conſ. 178. n. 16. Bapt. Nicolai in reg. jur. voc.* molendinũ, ut & in modicis præjudiciis ſufficit probatio

præſumptiva *Dd. in l. theſaurus ff. ad exhib.*

9. Simili modo licet regulariter impenſæ & melioramenta non præſumantur, ſed clarè probari debeant, *Guid. Pap. deciſ. 614. Borgn. Cavalcan. deciſ. 28. in addit. de jud.* modica tamen impenſa præſumitur, adeòque hic ſtatur juramento partis *Reyger in theſaur. jur. voc. melioramenta n. 23.*

Modicum quales producat præſumptiones.

SUMMARIA.

1. *Modicum pretium facit indicium dominii.*
2. *Modicitas pretii arguit ſimulatum contractum.*
3. *Qualem præſumptionem cauſſet modicum intervallum.*
4. *Qualem præſumptionem cauſſet modicum pretium in furto.*
5. *Probationem ſemiplenam inducit.*
6. *Ex modico intervallo præſumitur actus continuus.*
7. *Ex brevitate tempus quomodo præ-*

præſumatur in ædilitio edicto contra venditorem.

8. *Quid modicum tempus operetur in æſtimatione dotis.*

9. *Feudum ſub vili pretio datum ad modicum tempus in fraudem domini datum cenſetur.*

Cap. IV.

1. Quando modicum pretium ſolvitur pro magno, facit indicium dominii, imprimis ubi pro tali reſolvitur quæ ex ſua natura alienari nequit. *Collect. Camer. Gylmann. p. 1. t. 2. de rei convent. p. (m) 75. n. 44.*

2. Modicitas pretii arguit ſimulatum contractum *Panorm conſ. 49. p. 1. n. 1.* & præſumptionem facit contra verum contractũ, ut ſi datur res mille valens pro centum *c. 1. verſ. ſi quis qual. ol. feud. alien. pot. Rimin. conſil 74. n fin.* iſtam autem modicitatem limitat Cavalcanus ad tertiam vel quartam partem *deciſ 2. n 15.* ſecus verò eſt ſi læſio eſt ultra dimidium juſti pretii, tunc non ſimulatio, ſed læſio præſumitur *Beſold. conſ. 93. n. 84.* valere autem res dicitur, quod communis dedit æſtimatio tempore contractus *l. 16. C. de reſc. vend.*

3. Ducit etiam ſingularem præſumpti-

onem *Rota Romana p. 3. P. 3. dec. 869. p.* (m.) 223. ex modico temporis intervallo ubi proponit, quod Gentilis, qui comparaverat omnia bona Franciſci ad Cameram devoluta ob rebellionem Franciſci interfectus fuerit quinque dies poſt inſtrumentum venditionis, adeoq; cùm modicum temporis intervallum inter venditionem & homicidium interſit, præſumitur homicidium ex occaſione emptionis profluxiſſe. Ut regrediar ad modicitatem pretii, certum eſt, ex illa præſumi labem uſurariam *Alex. conſ. 109. in fin. vol. 4. Grammat deciſ. 76. n. 26. Dec. conſ. 167. 308. Boer. conſ 12. Cæp de ſimul. contract. n. 10 verſ. ſextus caſus, Beroi. conſ 166 n. 3. vol. 1 conſ. 169. n. 18. & n. 22 vol. 1. Neviz. conſ. 88. Natta conſ. 586. n. 2. vol. 3. Gabr. concl. de præſumpt. cond 6. n 2. Octavi. Cacheran. dec. Pedem. 42.* quos omnes etiam allegat, *Burſatus lib. 1. conſ. 117. n. 12.*

An autem ſola modicitas pretii, an verò cum pacto retrò vendendi conjuncta, faciat ſimulatum contractum, in dubium trahitur, & poſterior, ut magis communis opinio arridet. *Caſſador deciſ. 1. de uſur. Eman. Suarez. recep ſent verb. venditionis n. 60. Mandoſ. ad Roman. conſ. 423. Capr. in ſuis reg. c. 87 n. 165. Rol. à Valle conſ. 40. n. 21. vol. 2. Hier. Gabr. conſ. 74 in pr. n 3.* ſed contrarium tam unius quam alterius, quoad hanc quæſtionem in foro practicari dicit *Burſat. conſ. 117. l. 1. n. 12.*

4. Ar-

4. Arguitur furti ſcientia & quod emptor ſciverit rem eſſe furtivam præſumitur, quoties res magnæ æſtimationis pretio exiguo empta eſt, *Ioh. de Plateia in §. conceptum Inſt. de furt. ubi* tradit, quòd ex modicitate pretii fraudis participatio colligatur, *Men. de præſ. l. 5. præſ. 29. n. 12. quem allegat Cruſ. de ind. del. p. 3. c. 2. n. 17.*

In hoc etiam modicum generat præſumptionē, ꝙ ſi quis rem, quæ magni eſt valoris, modico pretio emat, præſumatur fraudis particeps, adeòq; creditor de illo conqueri poſſit, quod in fraudem creditorum emerit, & ſic contra emptorem Paulianam inſtituere queat *l. ſi debitor 7. ff. quæ in fraud. credit. Celſ. Bargal. de dolo l. 5. c. 4. n. 32. 33.* & ſimile eſt hoc in paſſu, ſi magno pretio quis quid emat, quod parvi valebat, eo etiam caſu fraudaſſe creditores præſumitur *l. 1. §. ſi quis ff. ſi quid in fraud. patron. Bargal. d. l. n. 37. 38. ut &* *l. per diverſas 22 C, mandat* locum invenit, & ſimulata præſumitur ceſſio, ubi quando res pro parte venditur, & pro parte permutatur, habita rei æſtimatione una cum illa parte pretii de ejus tenuitate apparet. *Berlich. aur. deciſ. 32. n. 7. Menoch de præſ. 129. n. 5.*

Si ædificans tenuem commoditatem ex ædificato percipit, alter autem

& quidem vicinus magnum damnum, cenſetur ille ædificaſſe ad injuriam & æmulationem vicini, *Decius conſ. 244. n. 7. in fin. Ripa in l. quo minus n 29. & 81. ff. de flumin Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 29. n. 24. Mævius in jur. Lubecenſi t 12. art. 7. l. 3. n. 31.* ædificare autem ad æmulationem vicini prohibitum eſt, *l. opus novum ff. de oper. publ. c. Piſanis in fin. de reſtit. ſpoliat.*

6. Modicum aliquando præſumptionem facit, & probationem ſemiplenam inducit, ut in teſte uno, licet enim unus teſtis ſit nullus teſtis, juxta illud græcum εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνὴρ, & unius teſtimonium nec juſtificet, nec condemnet, *c. admonere 3 qu. 2.* tamen ſemiplenam inducit probationem *gl. in l. admonendi ibi Lanfran. col. 11. verſ. venio ad tertium ff. de Iurejur.* ſed facit, ut quis producens unum teſtem juramentum purgationis ſuo poſſit deferre adverſario *l. 31. duo l. admonendi ff. de jurejur. c. fin. de jurejur.*

7. Ex modico intervallo præſumitur actus continuus & affinis argumentando ex contrario ſenſu per l. quod ait lex in *fin. ff. ad L. Iul. de adult.* ubi ex longo intervallo præſumitur actus extraneus.

8. Licet probandi onus emptori ex ædilitio edicto agere volenti incumbat probatio, quod res empta ante venditionem fuerit vitioſa *l. quæro § fin ff de edil. edict. l. 2. D. de probat. Oldendorp. progymn. claſſ. 4 act. 2. pract.*

2. quodſi

2. quod ſi tamen in continenti vel modico poſt emptionem tempore ſentitur morbus, ex brevitate temporis in præteritum, & quod jam res ante venditionem fuerit vitioſa, præſumitur *Weſenbec. conſ. 113 n. 29.* hinc equus illico poſt venditionem mortuus ex morbo ante contractum contracto mortuus præſumitur, *Bonacoſſa de equo qu. 213.* donec contrarium à venditore probetur *Roveſtrunk de jud. equeſtr. l. 1. c. 7. n 22 23. 24. & ſeq.* modicum autem tempus in hoc caſu pro triduo capit *d. Roveſtr. d. l n. 29. per l. 1. & ibi gl. C. de emend. ſervor.*

9. Æſtimatio dotis in dubio facit emptionem, ſi fit in continenti Fœn. de mom. temp. c. 22. n. 1. Ubi etiam feudum ad longum tempus ſub modico pretio datur, in fraudem alienatum præſumitur, ubi modicum pretium reputatur vilis duorum denariorum penſio 2. *F. 9. §. donare* & ibi *Navius*.

Modicum in qvibus articuculis Juris non curetur.

S U M M A R I A.

1. *Nullus eſt regularis modici effectus*
2. *Summa intra 400. thaleros hodiè non eſt appellabilis.*

3. *Ex jure ſtatuti Francfurtani illud quod eſt infra 5. florenos, pro exiguo habetur.*
4. *Non valet illa diſtinctio, quod modicum in actione pratoria negligatur, in civili verò curetur.*
5. *Modica transgreſſio non curatur.*
6. *Propter levem inimicitiam fidei commiſſum ademptum non eſt.*
7. *Modici patrimonii tres tutelæ nullam præbent excuſationem.*
8. *Magiſtratus an munera parva & Xeniola accipere poſſit.*
9. *Modicum non comprehenditur ſub lege vel ſtatuto generaliter diſponẽte, per varia exẽpla deductũ.*
10. *Solennitatis modica omiſſio actum non vitiat.*
11. *Levis ſubreptio non nocet reſcriptis impetratis.*
12. *Paucorum immobilium poſſeſſio*

nem

non relevat à Satisdatione.

13. *Suſpectus debitor eſſe nequit, qui modicum debet.*

14. *Reſtitutio in modica læſione locum non habet.*

15. *Quæ ſit modica læſio.*

16. *Vſufructuarius tenetur ad modicam refectionem, & quid modica refectio ſit.*

17. *Quæ ſit modica impenſa.*

18. *Vſufructuarius habet modicam caſtigationem ſervi, & quæ ſit modica caſtigatio.*

19. *Modica impendia commodatarius fert, & quæ ſint modica impẽdia.*

20 *Quæ modica magnaq; ſint alimẽta*

21. *Propter minimam cauſam res inempta fieri non debet, & quid hîc ſit minima cauſſa.*

22. *Modicus error emptori non nocet, & quid ſit modicus error.*

23. *De modica ſterilitate & incommoditate conductor conqueri non debet.*

24. *Quæ ſit modica ſterilitas.*

25. *Quæ ſit modica incommoditas.*

26. *In quibus caſibus ſive magna ſive modica ſit incommoditas locator conductori non teneatur ubi incurrunt exceptiones de modica penſione & damno modici temporis.*

27. *An peſtis capiatur pro magna vel modica incommoditate.*

28. *Prætextu modicæ penſionis locatio non reſcinditur.*

29. *Quæ ſit modica penſionis læſio.*

30. *Modicas impenſas conductor non deducit, & quæ hic ſit modica impenſa.*

31. *Conductio nulla eſt, quæ uno nummo fit.*

32. *Leve vitium in ædilitio edicto non curatur, & quid ſit leve vitium.*

33. *Leviſſima vitia in equis.*

34. *Modici hoſpitii habitator de effuſis non tenetur.*

35. *Modica res ſacra & religioſa citra ſolennitatem vendi poteſt.*

36. *Adminiſtrator modicum poteſt donare.*

37. *Tutor ob æs alienum modicum pupilli poſſeſſionem diſtrahere nequit.*

38. *In diſtrahendis bonis pupilli ſemper aliquid modicum pupillo relinquendum.*

39. *Ceſſionariorum bona, ubi quid de novo acquiſierunt, de novo non veneunt, & quid hic ſit modicum*

40. *Modicas impenſas in dotem factas maritus non deducit.*

41. *Dos modica habetur pro nulla, & quæ dos modica ſit.*

42. *Pater ſpuriæ modicam dotem dare poteſt.*

43. *Magiſtratus municipalis modicã habet coercitionem.*

44. *Leviuscula crimina non ad centenam, ſed ad Vogteiam pertinent, & quæ ſint leviuscula crimina.*

45. *Ex cauſſa levi non præſumitur inimicitia.*

46. *In levioribus judex pronus eſt ad lenitatem.*

47. *Ob modicum errorem non punitur Officialis.*

48. *Nec levis injuria illiusvè condemnatio infamem facit.*

49. *Quæ ſit levis injuria.*

50. *Nec vili perſonæ damnum famæ eſt injuria, & quæ vilis perſona ſit.*

51. *Proceſſus levis præjudicii ſcripturam non requirit.*

52. *Modicus defectus in rationibus reddendis non curatur.*

53. *Fama in rebus modici momenti plenam vim probativam habet.*

54. *Defectus literæ non vitiat instrumentum.*

55. *Quamvis teſtamentum nullum & invalidum ſit, modicum tamen in modico inſtitutus capere poteſt, & res fidei commiſſariæ modici fructus, alienari poſſunt.*

56. *Modicus defectus non impedit implementum conditionis.*

57. *In modicis ſimul quis tabellio & judex eſſe poteſt,*

58. *Modicum debens pupillo illius tutor eſſe poteſt, nec inventarium, ubi exigua pupilli bona ſunt, requiritur.*

59. *Pro modico debito arreſtum non decernitur.*

60. *Rerum vilium petitione eſſe non debent, quod demonſtratur exemplo ſtatuti Francfurtani in conficiendo inventario, ibq́; deſcribendis rebus vilioribus.*

61. *Immunitas alicui conceſſa ſuper arie locum non invenit, ubi quis modicam ſuæ ſubſtantiæ partem in illa ponit.*

62. *In modico princeps privato præjudicare poteſt.*

63. *In crimine falſi modicum non curatur.*

64. *Modicum furtum non punitur.*

65. *Parvi refert an quis ſciat latinè nec ne.*

66. *Diſtractio parvarum terrarum Eccleſiæ permittitur.*

67. *Modica dos viro etiam dilapidanti*

danti concreditur.

68. *Modicum ſumere non eſt Simoniacum.*

69. *Modica peccata præjudicii nullius ſunt, & quæ ſint Modica peccata.*

70. *Per modicam dotationem non acquiritur patronatus.*

71. *Ob modicam ſanguinis effuſionem non reconciliatur Eccleſia.*

72. *Clericum leviter percutiens facilè abſolvitur.*

73. *Pro modico feudo vaſallus non præſtat juramentum.*

74. *Fœmina in modico feudo non excluditur à ſucceſſione.*

75. *Ob modicam deteriorationem Vaſallus feudo non privatur.*

76. *Ob parvam ingratitudinem feudum non amittitur, & qua ſit illa parva ingratitudo.*

77. *Poteſt Vaſallus ad modicum tempus locare feudum.*

78. *Non curatur in juramenti dilatione, ubi Vaſallus eſt in poſſeſſione modici temporis.*

Cap. V.

1. Nullus eſt modici regularis effectus, cum regulariter nullam producit actionem, minimum enim non curat lex *Sebaſt. Medic. de reg. 5 l. 4. de reſtit. in integr. l. quamvis de condit. & demonſtr. Harprecht in inſtit. tom. 4. de injur, §. 10. n. 42.*

2. Et hinc eſt, quod ſumma intra 400. thaleros propter vilitatem non ſit appellabilis *R I de anno* 1654. §. vierdtens ſol / illa quæ olim in 300. flor conſiſtebat *R I de anno* 1600. §. Wiewohl nun auch *circa fin.*

3. Ex jure noſtræ reformationis illud quod eſt infra 5 florenos, pro exiguo precio habetur, & ab illo quod infra dictam ſummam eſt à conſulibus ad Senatum appellari nequit, *Stat. Francf. p. 1 t. 51.* §. 2.

4. In neglectu modici & in quibus modicum curetur nec ne, negligenda illa eſt cõmunis Doctorum diſtinctio quę eò collimat, quod

quod modicum in actionibus civilibus attendatur, in prætoriis verò negligatur: quod aliter res ſe habeat, in ſequentibus dilucidè demonſtrabitur,

5. Et quidem exploratí juris eſt, quod nemo propter modicam tranſgreſſionem corpore ſit affligend⁹ *l. 2. in fin ff. de his qui ſui vel alien jur.*

6. Item ſi fidei commiſſum relictum eſt, & poſteà levis offenſa, hoc eſt, nec graviſſima nec capitalis intervenerit, fideicommiſſum ademptum non videtur *l. 3. §. fin. de adm. leg.*

7. Licet tres tutelæ regulariter excuſationem in aliis tutelis præbeant *per l. 31. de excuſ* quod ſi tamen una ex illis vel omnes leves ſunt, hoc eſt, modici patrimonii, non excuſabunt tutorem *l. ſpadonem 15. §. 15. d. t* quod modicum patrimonium *Gothofred⁹* explicat mediocre in gl. *d. l.*

8. Licet nullus qui in magiſtratu poteſtateve eſt, vel quo alio officio fingitur dona vel pecunias accipere debeat, ſi crimen repetundarum effugere velit, exceptis ſobrinis, propioreve gradu cognationis ſive uxore, à quibus accipere permiſſum eſt *l. 1. §. 1. ff. de leg. Iul. repetund.* & plebiſcito contineatur, ne quis donum capiat, *l. 18. de offic. præſid.* proconſul tamē parva munera & Xeniola accipere non prohibetur *l 6. circ. fin. de offic.*

pro-

proconſ. ut & preſes eſculentum & potulentum, quod intra dies proximos h. e. decem dies juxta Nævium in ff. *in inferius alleg. l 18. & Cravett.conſ.366.n.39 & 42* prodigetur (quod pro re modica ſumitur) pro munere accipere poteſt *l.18.de offic præſ* ut & tempore introitus ſummis magiſtratibus aliquid peniolorum publicè offerre licuit *l. 1. & ibi Dd C.de aur.coron.* Inferiores tamen magiſtratus & illi qui publicis gaudeat ſalaris nec modicum ſalva conſcientia accipere poſſunt *l 6.ibi exceptis ſolis ſalariis, nihil penitus C.ad leg Iul.repetund.Nov.8.c.7.ibi, nihil penitus* licet talibus enim antiquitus in anno munus centum aureorum & non plus capere licebat *p: l.6 ff.d: t,* quod poſtea ſublatum, ut nihil omninò capere potuerint per alleg. *l.6.C.ad leg Iul.repetund.* & Judices ſine quoque ſuffragio creabantur *alleg. Nov. 8.* neque judici ulli neque his qui circa adminiſtrationem ſunt alicui, neque ratione adminiſtrationis, neque ratione patrocinii dona accipere permiſſum fuit; niſi quod pauca pro cingulis & chartis ſumere licuerit *alleg. Nov. 8.c 1.* Magiſtratus etenim gratis creantur, adeoq; ordinationes eorum abſq; omnibus debent procedere largitionibus, nec quiſquam eſſe debet, qui QVIDQVAM capiet *Nov.30.c.6.§.1.ibi Magiſtratum,* & judicia licet juſta venalia eſſe non debent *cauſ.14.q.5.c. non ſanè* nec expenſæ victualium pro judicio

dicio exigi decet, cum judices ſuos habeant reditus, unde honeſtè vivere poſſint *c. cum ab omni, de vit. & honeſt. cler.* ita ut nihil omninò ſive magnum ſive modicum ſive pro adminiſtratione ſive pro ordinatione ſive à ſummis ſive ab inferioribus Magiſtratibus accipi debeat. Ne vero me ex ſupra dictis arguas, ubi quod inferiores Magiſtratus nihil omnino ſummi vero modicum accipere poſſint, dixi, notabis quod illa ex jure antiquo recenſui, ex jure enim Novellarum nec proconſularia ulla nec vicaria nec Comes orientis, neque præſidalis, neque aliæ quælibet adminiſtratio aliquod dare ſuffragium vel pro adminiſtratione donationem aliquam accipere poteſt, ita ut nihil, niſi id quod pro cingulis & chartis datur, excipiatur *Nov. 8 c. 1 c. 7. hinc ut Weſenbec.* (ſalva tamen tanti viri pace) *in paratit. tit. de offic. proconſ.* labi videtur, ubi tali caſu quando magiſtratus aliquid cauſam, nullo ſpeciali jure aſtringuntur, & qui cum periculo ſuo ſæpius cum detrimento rei familiaris non ad id creati aliorum commoditatibus invigilant *arg. c pervenit x de fidejuſſ.* æqvum enim eſt, ut purpurati & comites aulici moderata munera pro commendationis opera ſuſcipiant, quales ſunt comites officiorum, aulici & admiſſionales, qui principem ad ſuos admittunt, qui in jure civili domeſtici & protectores appellati *t t C. de domeſtic. & protect. lib. 12.*

& l.

& l 1 gl.Gothofr. d. t. vide Tabor. de ſuffrag. 4. n. 15. qui hoc in caſu diſſentientem allegat. *Decian. l. 5. tr. crim. c. 80. n. 9.* qui cum etiam Simoniã committere ſtatuit, qui aliquid mala inteutione (quod ſpecialiter addit) oſtiario QUID dat, ut illi permittat ingreſſum ad illum, à qvo beneficium ingrediens expectat.

9. Licet generalis lex generaliter ſit explicanda & generalis oratio omnes ſpecies ei generi ſubjectas comprehendat *l. metum 9. §. animadvertendum ff. quod met. cauſſ. l. item veniunt 20. § petitam ff. de petit. hered. l ſi ſervitus 23 ff. de S.V.P l. non eſt ferendus 12. ff. de transact. l. Iulianus 68. in pr. ff de legat. 3. c. ſolicita 6 de majorit & obed.* & vocabula generaliter prolata generalem ſenſum teneant. *l. un. § initio ff. de offic. præf. urb. l. regula 9 §. ult. ff. de jur. & fact ignor.* & omne ſtatutum tantum diſponere cenſeatur, quantum loquitur *Menoch. conſ 5. n. 2 & Rol. à Valle conſ. 96. n. 20. vol 4.* & præcisè ad literam intelligendum ſit *Teſaur. dec. 269. n. 4. Wilh. Anton de morat. concl. 2. n. 33. 34. 35. & ſeqq.* Modicum tamen aliquoties ſub generalitate verborum comprehenſum non cenſetur, ut ſtatutum prohibens armorum portationem, non prohibet parvum cultellum *Nov. 85. c. 4. gl in rubr. C. de fabricenſ. lib. 11 Afflict. in conſtit. Neapol. l. 1. t. 9. col. 2.* nec pœnam falſam monetam fabricantes tangit *Alex. conſ. 104. quod per ſtatutum lib. 1.* nec generaliter diſponens, ut ille

qui

qui extraxerit ſanguinem, puniatur, illum, qui unicam ſanguinis extraxit guttam, comprehendit *Bal.l.1. §. item ff. de ædil. ediƈt. gl. c. non licet. 15. q. 2.* nec lex diſponens de vulnere curat vulnuſculum *Albert. l. 1. §. ſed ſciendum, ff de ædil. ediƈt. Decius Conſ. 38. repetitio, colum. 1. Roman. l. 1. §. excuſantur, ad* SC. *Syllan.* ea propter chirurgi qui tenentur vulnera judicare & denunciare leves percuſſiones *Angel. in l armatos ff. de vi publ. eſt in l. pignore 3. qui funem ff. de furt.* ſub qubus levibus percuſſionibus etiam offenſiones unguium comprehenduntur *Emeric à Rosbach. in proceſſ. crimin. 4. 1. c. 11. n. 4.* nec diſponens de domo intelligit domunculam *Marſ. conſ. 9 0. n. 13 in l. furem n. 10. de ſicar.* nec legatus parva donaria accipiens incidit in legem id vetantem *Bal l. ſolent §. fin. de offic. proconſ. l. 4* C. *de defenſ. civit. c. ſtatutum §. inſuper, de reſcript. in* 6. de quo vide *num. præced.* minima enim ſub ſtatutis non comprehenduntur quod per multa exempla deducit *Hippol. de Marſil. in repet l. furem à num. 8. usq; ad n. 36. ad* L. *Cornel. de Sicar. Ludov. Roman. in ſingul. ſuo 234.* incipit, *hodie quidem*, & hinc eſt, quod ſi ſtatutum diſponat, ne conjux conjugi leget, illud non extendatur, ad legatum rei modicæ & vilis *Petr. Peck, de*

teſtam.

teſtam conjug l. 4. c. 43 ubi adducit *Opizon. & Ferd. Loaza nil. filiusfamilias §. Divi ff. de leg. 1.* qui tradunt, quod ſtatutum prohibens rem immobilem alienari in extraneum, non habeat locum in re aliqua vili, quos ſequitur *Tiraq. de jud. in reb. exig. fer. verſ nonageſimo quarto per text. l. Senatus §. Marcellus de legat. 1. mol ibi & Bald. ad l. 1. ff. naut. caup ſtab. l. hi quorum ff. de pign. Iaſon ad l ſciendum ff. qui ſatisd. cog. & ſic.* per eundem Jaſonem forenſis prohibitus aliquid acquirere poteſt campanam & domunculam (quæ comprehenditur ſub re modica) acquirere. Licet *per auth. ex cauſa C. de liber. præter*, non conſerventur legata facta in teſtamento, in quo poſthumus eſt præteritus, hoc tamen non procedit in legatis parvis *Bal. Caſtr. ad dict. auth. Aret. conſ. 92. viſo legato.* Nec ſtatutū requirens ſolennitatem uſu peracto, intelligitur de parvo *Seb. Med. reg. 5 n 195. fol 211. Reyger in theſ. Iur. voc ſolennitas. Hanc tamen exceptionem ex Anton de minimis n 88. & Bal. ad l ad Barbaricum C. quæ res exportar.* notabis, quod ſtatutum prohibens vinum extra territorium portari, eouſq; etiam procedat quod nec guſtus cauſa amphora una exportari poſſit *Iaſ. l non dubium C. de leg. Brunn. in tract. ſtat. ſup. fam art. 9. n. 10 Bapt. Nicolai in reg. Iur. civilis & Pontificii voc. vinum.*

10. Norunt omnes, quod ſolennitas omiſſa vitiet actum *l 1. §. 15. ff. de ventr. inſpic.*

& quod pro ſolennitate traditur, illi nihil addi vel detrahi poſſit *Nicol. Boer. dec. 1. n. 45.* ita ut non ſufficiat ſolennitatem per æquipollens adimpleri *gl. in Clem. 1. de vit. & hon. cler. Bal. Ang. in l. 1. & 2. de vulg. & pupill. ſubſtit. Bart. conſ. 47.* ſed punctualiter ſervanda ſit *l. cum hi § ſi prætor ff. de tranſact. Ang conſ. 146. Boer. alleg. l. n. 44.* modicæ tamen ſolennitatis omiſſio non nocet *d. l. 1. §. fin. & ibi Dd. de ventr. inſpic. Alex. in rubr. n. 8. n. 12. de oper. nov. nunciat. Menoch. conſ. 712. n 15. l. 8. Tiraquell intr. de jud. in reb. exig. ſer. circ. init.* & ſolennitas juris in modicis non ſervatur, nec omiſſio modicæ ſolennitatis vitiat diſpoſitionem, niſi, ut ait *Seb. Med. reg. 5. n. 140. fol 194.* diſpoſitio careret forma, quod malè dictum autumo, cum ſi ad formam perficiendam ſolennitas requiratur, non pro levi ſed gravi & eſſentiali venit, levis enim ſolennitas illa juxta *Bart in alleg. l. 1. §. fin de ventr. inſpic.* dicitur, cujus omiſſio nullum vel parvum generat præjudicium, & juxta *Bal. in l. hac conſultiſſima, C. de teſtam.* deſcribitur levis ſolennitas, quæ non eſt fundata in aliqua urgenti ratione vel utilitate *Petr. de Ravenn. in ſuo aureo Alphab. lit. O. verſ. omiſſio,* quanquam dicit poſſit cum *Bartolo,* conditionem appoſitam à lege nunquam intelligi continere ſolennitatem levem *Gothofr. in not. l. 1. §. fin. de ventr. inſpic.* Labitur in hoc articulo *Boerius decif. 1. n. 40. cum Fel. in C. quoniam frequenter,*

ut lit. non conteſt. & in c. cum dilecta, in verſ. amplia, decimò de reſcript. qui ſtatuit, quod ſolennitas, data pro forma etiam levis & modica omiſſa vitiet actum, cum contradictio ſit in adjecto ſolennitatem datam eſſe pro forma, & ſolennitatē eſſe levem ſicut ex jam dicta paret deſcriptione levis ſolennitatis: Et levis ſolennitas non circa rei eſſentialia, ſed tantū accidentalia non multum ad actū facientia verſatur, ſed tamen, quia hic de accidētalibus loquimur, levem ſolennitatem ne pro extrinſeca capias admonere volui, de qva *Zaſ⁹ in l. ſciendū ff. de V.O.* tractat, extrinſeca enim ſolennitas definitur qvidē à dicto *Zaſio in d. l.* quod circa accidentalia verſetur, ſed talia illa accidentalia ſunt, quæ multum ad conſtitutionem act⁹ faciunt, & per hoc ſolum diſcriminatur ab intrinſeca ꝙ hæc ex ipſo facto oriatur, adeoq; ſemper præſumatur *Zaſ in alleg. l. ſciendū 30 de V.O.* illa nimirū extrinſeca facto qvidē neceſſario cohæreat, ſed non ex ipſo facto oriatur, adeóq; ſit facti, & non præſumatur, *alleg. Zaſ. d. l.* ut V.G. interpoſitio tutoriæ authoritatis in diſtrahendis rebus pupilli, quamvis neceſſaria ſit ſolennitas, quia tamen ex ipſo facto h.e. diſtractione rerum non oritur, non pro intrinſeca ſed pro extrinſeca capitur ſolennitate, abſit verò, quod talis levis dicatur, cum tantum inter hanc & illam interſit.

Quicquid ſit, manet noſtrum concluſum: quod

qvod nimirum levis ſolennitatis vel formæ omiſſio actum non vitiet per ſuperius allegata, nec illorum hîc opinioni ſubſcribo, qvi cenſent, quod aliquid ubi pro forma à lege traditur, præcisè ſervandũ ſit, licet illa ſolennitas vel forma in re minima conſiſtat, uti ſtatuit *Schrad. conſ. 40. n. 12. lib. 1.* & ꝙ omiſſio formę vel ſolennitatis in levib⁹ & modicis vitiare non ſoleat, ſentiũt *Cravett. conſ. 182. n. 17 verſ. ſimiliter omiſſio Georg. Barscamp. in rad. clauſ. c. 21. n. 45. Cardin. Tuſch. pract. concl. tõ. 3. lit. F. concl. 416. n. 33. & concl. 421. n. 7. Huſan. de propr. homin. c. 7. n. 42 Cothmann. reſp 30. n 132. vol. 1. Anton. de morator, concl. 47. n. 19.*

11. Et ſicut levis ſolennitatis omiſſio non nocet, ita etiam (licet reſcripta ſub & obreptitiè impetrata nulli⁹ ſint momenti adeoq; illa clauſula, ſi preces veritate nitãtur, de jure civili, quæ alias jure canonico ſubintelligitur *c. 2. x. de reſcript.* literis impetratis & prolatis expreſsè inſeri debet *l. univerſa 7. C. de diverſ. reſcript. Benincaſ. de privil. paupert. 7. ſpec. in judic. n. 2.*) ſubreptio levis & modica moratoria & reſcripta non vitiat *Aſin in prax. jud. p. 1. §. 7. c. 5. limit. 59. n. 25. pag. 153. Cravett. conſ. 182. incip. videtur quod in judicium n. 17. p. 1. Cardin. Tuſch. pract. concl. tom. 5 lit. M concl. 239. n 2. Wilhelm Anton. de morator. concl. 47, n. 18.* levis autẽ illa vocatur quæ non eſt fundata in urgenti aliqva ratione

ut ſupra dixi & *Lyclama ait memb. lib. 7. eclog. 34. p. 378. ad fin.* & talis levis ſubreptio pro exemplo ponitur ab *Antonio d. l.* inſertio ceſſionis debiti, cujus omiſſio moratoriis non nocet, Sed quod miramur, D. Antonius ſibi ipſi contrarius videtur in *concl 33 n. 18.* ſtatuendo dicto loco, quod ad ſubterfugiendam ſubreptionem nec punctum prætereundum ſit, & omne etiam minimum recenſendum, quia facilè accidere poſſet, quod tale probatum principem ne concederet deterrere poſſet *Flamin Paris de benet. q. 46. n. 50. Caball. conſ 24. n. 6.* & expreſsè *Author* Gründlichen Berichts des Heilig. Reichs Stadt Friedberg/Staed/Regalien betreffend *p. 1. C. 1. n. 303. & 308.* dicit, quod omne exprimi debeat in reſcripto, ſi ſubreptionem effugere velit, etiamſi quid modicum ſit, & ad hoc adducit *C. non poteſt, de prabend. in 6.* ut & hanc ſententiam corroborandam à *Wilhelm de morator. d. l.* allegatur *c. proponente 42 de reſcript.* ſed malè, cum dicti authores regulam generalem, quod nimirum ſubreptio etiam ex taciturnitate modici colligatur, & taciturnitas modici ſubreptitium inducat, per regulam ſpecialem, & quæ in dictis capitulis continetur, probare velint, jam allegata enim capitula hoc tenent, quia nullus duas poteſt poſſidere præbendas *c. quia in tantum 5. de prabend.* nec modicas *c. ſi motu 23 d. t. in 6.* niſi per diſpenſationem *C. de mul-*

ta

ta 28. x. d. t. c. non poteſt. 21. d. t. in 6. adeoq; reſcriptum diſpenſationis impetrare volenti præcipitur ut etiam beneficii licet exigui mentionem faciat *per c. 42. de reſcr.* ſed hoc quod ſolum de reſcriptis diſpenſationis ſuper pluralitate præbendarum & beneficiorum eccleſiaſticorum diſponit, & omnia reſcripta in genere extendi nequit, cui etiam illud accedit, quod adhuc memorata capitula ſua antinomia laboret, per *C. etiam te decet 4. de ætat. & qualit. præfic.* ubi ſtatuitur, quod habens duas eccleſias, unam illarum non dimittere cogatur, ſi ita tenues in ſubſtantia fuerint, quod proprios Sacerdotes non poſſint convenienter alere, ubi nec reſcripti ſuper pluralitate obtinendi, nec diſpenſationis mentio fit, & per conſequens taciturnitas modici beneficii tanto minus reſcriptum vitiabit. Nec te id turbet, quod citra contradictionem idmetipſum inferius ponam, hoc enim ratio tractatus ibi poſtulat.

12. Quamvis poſſeſſio bonorum immobilium ab onere ſatisdandi relevet *l. ſciendum 15. ff. qui ſatisd. cog.* tamen ſi illa immobilia ſunt modica & vilia, ſatisdare tenetur, *Iaſon. in d. l. ſciendum n. 7.* & debitor qui poſſidet bona immobilia, de fuga ſuſpectus dici non poteſt *Celſus Hugo ad Lanfr. de Orian in C. quoniam x de probat. c. de recuſat. 3. n. 7. poſt pr. verſ primo ſi allegatur, Berlich. p 1. concl. 73. n. 41.* tamen ſi pauca illa ſunt, & quæ non

æquivalent debito,in quo creditori eſt obligatus,& quæ non ſunt ad ſufficientiam pro ſuſpecto habetur, ut ſequeſtrari poſſit, quaſi nulla omninò haberet *Aym. Cravett. conſ. 847. incip. in cauſſa nobilis n. 4. ſub fin. verſ. ſed & idem probandum, Curtius de ſequeſtr. qu. 6 n 23. Pract. Papiens in forma ſequeſtri gl. ſapiens vir n 2. verſ.* vel poſſidere pauca *Paul de Caſtro conſ. 474* incip. pro pleniori *n. 1. verſ. hac autem cauſſa poteſt eſſe lib. 1. Berlich. p. 1. concl. 73. n. 84. per l. creditores ff. de privil. credit.*

13. Licet debitor de fuga ſuſpectus reddatur, qui nulla vel pauca immobilia poſſidet, & ſua dilapidare incipit, ita ut capi poſſit *Menoch. de arbitr. jud. l. 2. cent. 1. c. 87. n. 10 11. 12. & ſeqq. Berlich. alleg. concl n. 82. 83. & ſeqq.* ratione tamen modici debiti quis non poteſt dici ſuſpectus *Bl. & Cynus in auth. ſed jam neceſſe per gl. ibi Dd. C. de donat. propter nuptias, Ludov. Roman. conſ.* 320. *incip. hac iſtorum quinque n. 3. verſ ulterius neceſſarium eſt, Ioſeph Ludovicus deciſ. 41. n 9.* quid autem modicum debitum ſit, arbitrio judicis relinquit *Menoch. alleg. loco, n. 21.* Ut nec modica dilapidatio debitorem ſuſpectum reddat, hinc licet fidejuſſor debitorem ſua dilapidantem convenire poſſit actione mandati vel negotiorum geſtorum, ut indemnis ab eo præſtetur, *Method. Iur. Rom. Vigel. l. 21. c. 3. qu 1. in pr.* ubi tamen mo-

modica dilapidatio eſt, debitor à fidejuſſore conveniri nequit, *Gail.pr. obſervat.l.2. obſerv.29.n.8. Method.obſerv pract.Vigel.l.3. c.25. reg.4.*

14. Ne quis per occaſionem juris civilis lædatur, prætor reſtitutionẽ in integrum induxit, quæ læſis vel circumſcriptis ſive metu, ſive dolo, ſive ætate, ſive abſentia inciderunt, ſuccurrit *l.1 de reſtit. in integr. l.1. §.1 de except.dol mal.* & non ſolum læſis verum eſt læſorum ſucceſſoribus *l. 6. de in integr.reſtit.l. 8.in fin.de min.l.un. C. ſi adverſ. dot l.4.C de tempor reſtit. l.1.C. de reſtit.mil. lib. 62. de jur dot.* tam univerſalibus ſive teſtamentariis ſive ab inteſtato venientibus *Sfort. Odd. part 1. qu.50. art. 1. n.14.* ut & hæredi hæredis *n.15* quam particularib⁹ *l.24.pr.de minor.l.25.de admin.tut. l 20.§ 1. de tutel. & ration. diſtrah. l.52. §.2. de action.empt. Philip Hermannus Sprenger de reſtit.in integr.th.2.lit.E.* licet uterq; Succeſſor ex aliqua cauſſa aliquando parcius reſtituatur *l.24.§.2.de minor.* Ubi vero modica eſt læſio non curatur nec prætor taliter in re exigua læſis ſuccurrit per *l. 4.ff.de in integr.reſtit.* Sed grande in re damnum verſari debet *l.49 de minor.l.1.C.ſi advers. vendit. pign. Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vendit. p.2. c. 11. n. 26.* Subdiſtinguit inter ſatis minima & modica, in his ſubſiſtere

reſtitutionem, in illis labefactari cenſet, nec in illis reſtitutioni locum eſſe putat, niſi quando ex reſtitutione actus magnæ quantitatis reſcinditur, quid autem hoc in caſu ſatis minimum appelletur, an id, quod infra dimidiam partem pretii, vel illud quod infra dimidiam dimidiæ vel adhuc minus eſt, hoc non ſatis *dictus author* declarat.

15. Quæ modica & mediocris ſufficiens nimirum reſtitutionis cauſſa læſio ſit, arbitrio judicis permittit *Odd part.* 1. *q.*4. *art.*12. *n.*106. 109. nec cenſeat quis, quod hâc in materia duo aurei, qui pro modico computantur *in l.*10. *ff. de dolo*, pro minima ſumma computentur, *dictus* enim *textus* loquitur ſolum de reſtitutione ex dolo, ita ut id quod de ſpecie reſtitutionis dicitur, generaliter ad reſtitutionem extendi nequeat, aliquando enim duorum aureorum damnum tenuis vitæ hominibus maxima eſt læſio arg. *l.*6. *§.*5. *ff. de offic præſ.* & cenſent *Dd.* quod in reſtitutione ex dolo in factum detur actio pro modica ſumma *gl. Clod. in l.* 9. *§. fin. de dolo*, & ibi *Weſenbec. in paratit. n.*6. Videtur etiam à ſupra data regula, quod nimirum modica læſio in reſtitutione non curetur, excepta reſtitutio quod metus cauſſa, in qua etiam res minima vi metuve extorta reſtituenda videtur *arg. l.*22. *ibi, ut ALIQVID ei extorqueret ff. quod met. cauſſ.*

16. Uſufructuarius ædificium invito domi-

domino altius tollere nec debet nec poteſt *l.7.§.1.de uſufr.* nec ædificia quæ vetuſtate corruerunt reficere *l. hactenus d t.* nec diætas transformare nec conjungere nec ſeparare nec aditus poſticasve vertere, nec refugia aperire nec atrium mutare, nec viridaria ad alium modum convertere, nec altius tollere, licet lumina non obſcuret, nec obſtruere, nec meritoria facere, nec per cœnacula domum dividere *l. æquiſſimum §. ſed ſi ædium h. t.* nec novum tectorium parietibus imponere *l. 44.* nec ædificium inchoatum conſumere tenetur nec invito domino poteſt *l. 61. d. t.* ad modicas tamen impenſas obligatur per *l. hactenus, h. t.* modica enim refectio ad uſufructuarium, magna ad proprietarium pertinet *l. 51. pendẽtes 27. §. ſi quid cloacarii ff. eod. Schneidvv. in inſtit. de uſufr. §. conſtituitur n. 11.* & modica illa impenſa hîc dicitur reficere domum & ædificia ſarta tectave conſervare *l. hactenus ff. eod. l. eum ad quem 7. C. eod.* adſerere arbores; in locum demortuarum alias ſubſtituere *d. l. hactenus §. 3. l. 18.* rectè colere, arare *d. l. hactenus §. 3. l. 9.* vites ſubſerere, aquarum ductus non corrumpi pati *l. ſi cujus 13. §. denique* illa quæ voluptatis gratia facta ſunt ut tectoria, pavimenta & ſimilia conſervare *d. l. hactenus §. 3.* ſi gregis vel armenti uſusfructus ſit legatus, ex agnatis gregem ſupplere in locum capitum demortuorum, *l. vetus 68. §. 2.* non tamen neceſſe eſt, ut ſup-

pleatur, ubi non totius gregis ſed ſingulorum uſusfructus legatus eſt *l.70.* §. 3. *eod.* vel ubi de grege legato aliqua capita non ad naſcuntur, ut aliunde peti debeant *l.10.* §. 4. *ibi, ex adgnatis de jur. dot.* An verò uſufructuarius vi modicarum impenſarum eò adigi poſſit, ut arbores vi venti dejecas vel everſas ſubſtituere teneatur: Et negativa placet ex *l.59 ff. de uſufr.*

17. Quæ modica, vel magna impenſa dicatur, vide ſupra *cap.1.* alii cenſent, quod illa magna dicatur, quæ ad perpetuam rei utilitatem fit, licet exigua ſit quantitas, & modica impenſa tantum temporalem fructuum perceptionem concernat, cui opinioni ſubſcribit *Alex. in l. divortio* § *impendi n 3. in fin. ff. ſol. matr.* alii illam judicis arbitrio determinandam pro quantitate & qualitate rei fructuariæ & variis circumſtantiis ponderandis relinqvunt, ut *Menoch. de arbitr. jud l. 2. cent. 3. caſ. 215. n. fin. & Schneidvv in inſtit. de uſufr. l. 2 t. 4.* § *conſtituitur n. 11. 12. & 13* quæ ſententia etiam legibus magis hoc in caſu conformis eſt *arg l. domus 58 ibi ſumptum rationibus deductis & ædificiorum ætatibus examinatis, de leg. 1.* & pulchrè in hac materia diſtinguit *Menoch. d. l* inter impenſam quæ fit conſideratione proprietatis, & illam quæ fit ratione fructuum vel colligendorum vel conſervandorum, quę poſterior etiam modica impenſa meo judicio appellari poteſt.

Sub

Sub modica illa impenſa, ad quam uſufructuarius tenetur, lex etiam collectas, ſtipendium, tributum, ſalarium, cloacarium, etſi quid ad reparationem viæ, formam aqvæductus & tranſitum exercitus datur *l. hacten l.* 27. §. *ſi quid, de uſufr.* ut & alimenta ex uſufructu relicta *d. l. hactenus* & comprehendit & quod uſufructuarius teneatur ad collectas & tributa, demonſtrant *l. quaro* 28. *de uſu & uſufr. leg. l. apud Iulianum §. hares de leg.* 1. *l. uſufructu* 59. *l. ſi pendentes* 27. § *ſi quid, de uſufr. l.* 13 *de impenſ. in res dot fact.* Petr. *de Vbald. de collect. n.* 48. prorata nimirum temporis & fructuum *Socin. ſen conſ.* 247. *col.* 2. *verſ. & eſt ratio lib.* 2. *per l.* 39. §. 5. *de leg.* 1. quas leges tamen *Gothofr.* non generaliter intelligit *in gl. l. hactenus, ff. de uſufr.* Sed ad modica ſolum tributa reſtringit, illis quæ uſumfructum abſorbent, proprietarium onerando, & ſic magna collectarum quantitas appellatur, quæ perceptiori fructuum æquivalet, ita ſe Florentiæ obtinuiſſe teſtatur *Ludov. Rom. ſing.* 156. ſed male mihi diſtinguere videtur *Gothofredus* inter modica & magna tributa, hæcq; ita definiendo quod uſumfructum abſorbeant, cum notum ſit quod illa onera ſint realia & præſtentur de rebus, de quibus uſusfructus percipitur *l. omne C. de cenſ.* & pro modo fructuum & prædiorum imponantur *l.* 4. *l.* 5. *ff. eod.* ita ut

diminuto uſufructu diminuatur etiam cenſus *d. l. 4. §. 1. ibi, ſi vites mortuæ*, econtrà verò ſi poſſeſſio facta fuerit fertilior non augeatur *l. 3. C. de alluv.* quod tamen ſecus eſt jure Canonico *p. c. 16. x. de cenſib.* adeoq; conſequenter pateat, tributa nunquam poſſe uſumfructum abſorbere per *Nov. 17. c. 8.*

18. Licet non uſufructuarius ſed dominus habeat ſervi coercitionem & caſtigationem *l. 17. §. 1. 2. & 3. de uſufr.* Uſufructuario tamen modica coercitio & caſtigatio competit *l. 23. §. 1. ff. eod.* modica autem caſtigatio capitur pro fuſtigatione à *Gothofr. in gl. d. l.* fuſtigatio enim in ſervis pro levi habetur pœna, cum ſervilia verbera non fuſtes ſed flagella ſint *l. 9. §. 3. l. 15 §. 38 l. 17. §. 2. ff. de injur.* & ex eodem crimine quo liberi fuſtibus cæduntur, ſervi flagellantur, cum hoc multo auſterius ſit, *l. fin. de injur. l. 10. l. 28. §. 2. de pœn.* fuſtigatio in modica ponitur caſtigatione, flagellatio verò in immodica & atroci *l. 11. §. 2. de inetr. voc. l. 13. de uſufr. l. 7. de pœn. l. 12. de jur. fiſc.* & ibi *gl.* & flagellatio eſt vera pœna ſervilis *l. 4. § 1 ff. de incend.* & propter atrocitatem quadrageſimum flagellationis ictum excedi Moſes vetuit *Deuter. 25. in pr.* & ut benevoletur differentia fuſtigationis & flagellationis, in alleg. *l. 7. de pœn.* fuſtium admonitio, econtra verò flagellorum caſtigatio dicitur. Fuſtis eſt ligneus baculus *gl. Gothofr. in d. l. 7.* qui inter arma retentur *l. 3. §. 2. de vi*

& quo

& quo quis occidi poterat *l.7.§.2.ad L. Aquil. l.11.§.17. de Syllan.* flagellorum variæ erant Species, *leves*, ut virgarum & fraudium, *nodoſa*, ut aculeatæ & ſcorpiones *gl. Gothofr in d. l. 7.*

19. Licet nemo ſuum jactare cenſeatur, idq; quod alterius cauſſa impendi non donare præſumatur *l. 25. de probat.* & commodatarius à commodante id quod in rem commodatam expenſum eſt, non ſolum contrario judicio commodati repetere; verum etiam recto judicio expenſas compenſare poſſit *l. in rebus § fin & ibi Bar. & Caſtr. ff. commod.* modica tamen impendia commodatarius ferre tenetur *d l. in rebus § 2. d. t.* ita ut ſi paucæ ſint expenſæ, à commodante repeti non poſſint *Mozzius de contract. de commodat. de naturalibus commodati n. 8.* & quæ hic magnæ, quæ modicæ expenſæ ſint, videtur induere ipſa lex, ſed ſolum in commodatis ſervis, majores impenſæ ibi vocantur impenſæ valetudinis, & fugæ, puta ſi quid in ſervi valetudinem & reductionem ſervi fuga elapſi converſum ſit *d l. d. §.* modicæ verò impenſæ appellantur cibaria & alimenta, *d. l* imò & ſi impenſæ valetudinis modicæ ſint, illæ commodatarium ferre teneri tenet *Mozzius alleg. loc.* ſecus eſt in depoſitario & creditore pignorario, qui cum non habeant uſum rei, etiam modica deducant & computant alleg. *Mozz. d. l per l. ſi neceſſarias ff. de pignor.*

Alias quæ magna quæ modica ſint, alimenta, relinquit arbitrio judicis *Petr. Surd. de aliment. t. 6. q. 123. n. 26.* qui alimenta pro conditione perſonæ aut magna aut modica æſtimabit, *l. ſi cui ff. de ann. leg. l. Melal. pen. de alim. & cib. l habitatio ff. de ventr. in poſſ. mitt. l tutor ſecundum dignitatem ff. de admin. tut. Cordub. in l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius n. 43. ff. de lib. agnoſ.* aliter enim nobilis, aliter ruſticus alimentari debet *Tiraqu. de nobil. C. 20. n. 142. Sued de alim. t. 4 qu. 18. n. 8. per c. non cogantur diſt. 41.* & qui nobili alimenta debet, etiam illius famulum alere tenetur, cum turpe ſit nobili eſſe ſine ſervo *l. ſi cum dotem § ſin autem in ſaviſſimo ff ſol. matrim. Aret. conſ. 17. 5. dubit Surd. de alim. d. l. n. 9. & 10.* ita tamen ut ſemper præſens cujuslibet ſtatus conſideretur & non præteritus, cum in alimentis decernendis ſemper ultima debeat conſuetudo attendi *Alex. conſ. 5. col. fin. vol. 5. conſ. 223. col. 2. vol. 2. Natta conſ. 367. n. 18.* ita tamen ut ſemper lautiora illi alimenta præſtentur qui aliquando fuit dives, quam ei qui ſemper pauper fuit *gloſ fin. in C. quicunque fidelium 16. q. 7. Surd. d. l. n. 3. 4.*

21. Licet nemo cum alterius damno locupletari debeat *l. jure ſuccurſum §. fin. de jur. dot.* res tamen bona fide vendita

propter-

propter minimam cauſam inempta fieri non debet *l.res bona 54. de contrah. empt.* quæ minima cauſa non hic capienda eſt ratione ſolum pretii, ſed tam ratione rei quam pretii, cum lex generaliter citra reſtrictionem loquatur, nec ubi de viliore pretio ſumitur, vilius illud pretium non in d.l. capi debet pro dimidia pretii, vel quod eſt infra illam uti *in l.2.C.de reſcind. vendit* capitur cum ſenſus hujus *legis 2.* libris digeſtorium planè incognitus fuerit, uti *Pinellus ad l.2. C. de reſcind. vendit. prim.part.l.c.1.n.* deducit, non obſtante *l. Lucius ff.famil.erciſ.ibi, non ultra partem dimidiam, quod Pinell. d. l n. 20.* explicat de duobus fratribus, quorum quilibet dimidiam hæreditatis partem acceperat, & ſibi invicem deſuper quod unus plus quam alter ſive ſoror acceperat, quæſtionem moverant. Ideò quid in jure d geſtorum minus vel velius pretium circa materiam emptionis dicatur, id judicio & arbitrio judicis determinandum relinqui, quod verò ex jure Codicis nulla indiget determinatione, cũ jam determinatũ ſit, & ibi vilius pretium appelletur, ꝙ non eſt ultra dimidiam juſti pretii per *l.2.C de reſcind.vend.* adeò ut Jure Codicis deceptus infra dimidiam pretii non poſſit agere ad reſcindẽdam venditionem,

&

& viliore pretio læſus non audiatur modo juſtus metus & dolo abfuit *l. ſi voluntate 8. & ibi gl. & Navius in Cod. de reſcind. vendit.* & licet *Laurentius Calcaneus conſ. 27. ad fin. Mart. Navarrus in c. novit 6. not. n. 92. de jud. & Alex. in addit. ad Bartol. in l. item ſi pretio §. fin. ff. loc. teneant*, quod contractus venditionis licet infra dimidiam ſit læſio, reſcindi poſſit, verior tamen ſupra dicta eſt opinio, quam defendit *Pinell. ad l. 2. C. d. reſcind. vendit. l. 2. p. 2. n. 35.* inprimis ubi quis ex neceſſitate rei familiaris quid vendidit viliore pretio infra dimidiam *Vasq. illuſtr. controverſ. l. 3. c. 61. n. 3. ibi, unde ſi quis rem ſuam per l. 12. C. de reſcind. vend.* & ideò magis, quod quilibet præſumatur ſcire valorem rei ſuæ *l. quisquis 15. d. t.* & hinc reliquum donaſſe vel remiſiſſe præſumatur, quæ tamen præſumptio procedit in viliore & modico pretio, ſed non in illo quod eſt ultra dimidiam *Vasq. d. l. per l. 8. C. eod.* Quod beneficium C. 2. quamvis juxta literam ſolum de venditore læſo agat, ita ut electionem det emptori, an reliqvum ſupplere vel reſciſſionem contractus malit, tamen etiam emptori contra venditorem competit hocq; in caſu venditor & emptor parificantur *Pinell. ad d. l. p. 1. c. 2. per tot.*

An verò etiam hoc remedium *l. 2.* adverſus ſecundum emptorem detur, quæritur, & communiter negatur, cum actio illa ob læſionem magis ſit perſonalis quam realis, ideò

contra

contra tertium poſſeſſorem non competat, niſi tertius ille eandem rem vili vel modico pretio comparaſſet, aut titulo lucrativo conſecutus ſit, vel primus emptor non amplius ſit ſolvendo *Schurf. conſ. 13. cent. 1. Fach. 2. controv. 18. Cacheranus deciſ. 65. n. 9.* atq; ex his appareat quod aliquid lucrativo titulo conſequi vel vili pretio comparare parificentur, & ſic modicum pro nullo æſtimetur, *Pinell. de reſc. vendit. prim. part. c. 1. n. 9. ſupra memoratam legem* 54. de non curando minimo in venditione non explicat de læſione precii, idque ex eo, quod cauſa in d. l. memorata pretio applicari nequeat; cum inprimis ex *l. ſi quis donationis 38. ff. de contrah. empt.* concludatur, quod res viliore pretio vendendo diſtrahi non poſſit, niſi donationis gratia, & ſic quod ubi donatio quæ non præſumitur ex *l. 25. de probat.* non expreſsè probatur, etiam ſuper viliore pretio ſuper re vendita agi poſſe multi Dd. cenſent; ſed ſciant illi, quod ubi quis viliore pretio rem diſtrahit ſemper præſumatur reliqvum donare, cum fortiſſima conjectura ſit & non ſolùm juris verum etiam juris & de jure, quod nemo valorem rei ſuæ ignoret *l. 15. C. de reſcind. vendit.* ex parte verò emptoris pretium rei alienæ ignorari poſſe non diffitemur, adeoq; hic pro tali ubi plus juſto expendit pro re empta, præſumptionem ducimus, quem etiam ſua taliter expenſa repetere poſſe citra dubium

eſt,

eſt,ſed non niſi ubi læſio magna eſt, ſicut ſupra diximus per *l 8.C. eod.* quæ lex quidem venditori opitulatur, ſed per ſupra datam parificationem inter emptorem & venditorem hoc in caſu etiam ad emptorem extendi debet.

Dictus Pinellus d. c. legis illius 54. hunc ſenſum tradit, quod ibi nullus fuerat dolus, emptor autem volebat, ut emptio annullaretur ob levem cauſſam quod ei indicta lege negatur, ſed tamen datur alia actio, ut in *l. domum 57 de contrah. empt.* ubi venditor vendiderat domum, quam exuſtam ſciebat, emptor verò ignorabat, quia verò quantacunque pars ædificii reſtabat, venditio conſiſtebat, ita tamen ut emptori quod intereſt, reſtitueretur, & ſic etiam levis cauſſa appellari poteſt, ubi fere tota domus, quę in emptionem venit, combuſta eſt: *Pinellus* etiam aliud exemplum quoad hanc materiam *dicto loco ex l. 75. ff. de evict. & l. quotiens 61. de ædil. edict.* adducit, ex his colligendo, quod ob celatam ſervitutem emptori quidem nulla actio ad reſcindendam venditionem, ſed tamen quanti minoris in id quod intereſt, competat.

Non eſt incongrua illa explicatio, ſed dura ratione illius, quod à minima cauſſa vilitatem pretii excludat, cum cauſſa in jure generale nomen ſit, quod in emptione tam rei, quam pretio adaptari poteſt, quia res eſt

pre-

pretium generaliter loquendo ſunt cauſſa *hujus contractus* §. *1. inſt. de empt. & vendit.*

22. Uti læſio vilioris pretii emptionem non deſtruit, ita nec modicus error circa rem venditioni vel emptioni nocet, qualis eſt error circa acceſſoria, ut ſi fundo ſervum ſtichum accedere dictum ſit in emptione fundi, & venditor de alio, & emptor de alio ſenſerit, venditio non vitiatur *l. ſi in emptione ff. de contrah. empt.* vel circa qualitatem fundi, ut ſi venditor dixerit, quinquaginta Jugera eſſe vineæ & quinquaginta prati, & in vineis minus in pratis plus inveniatur, ita ut ſint centum Jugera, & ſic in quantitate emptor & venditor conveniant, error qualitatis non nocet *l. ſi in qualitate 22. de act. empt.* vel circa confinia, vel regionem erraverit, in ipſo tamen corpore conſentiat *l. patronus 31. §. 1. 2. de leg. 3.* vel error nominis, prænominis, cognominis, vel agnominis, & vocabuli *l. 5. § pen. de R. V. l. 4. C. d. teſtam.* modo de corpore conſtet *l. 4. de leg. 1.* vel error in ſyllaba *l. 4. §. 1. de man. vindict.* vel in litera *c. ex parte, de fid. inſtrum.* vel accentu ſive interpunctione *gl. in d. l. 54.* vel circa virginitatem, ut ſi quis virginem emere putat quæ mulier eſt *l. alioquin §. 1. de contrah. empt.* non movente *l. ex empto §. ſi quis virginem ff. de act.*

de act. empt. cujus conciliationem vide apud *Gothofr in gl. d l. alioquin.* Et an modicum in quantitate rei æſtimetur vide *Pinell. in alleg. tr. p. 3. c. 2 per tot.* Dixi ſupra, quod ſi res vendita eſt magni pretii, & agatur de modico damno vel lucro, facilè quis audiri non debeat *per l. res bonafide ff. de contrah. empt.* quod intellige ubi venditio facta eſt ad corpus *Mantica de ambig. convent. l. 4. t. 17. n. 33.* Ubi verò venditio facta eſt ad menſuram, ad unguem & granum, ea obſervanda eſt *Ferret. conſ. 91 n. 4. cum ſeqq. Mantic. d. l. n. 35.*

23. Locator tenetur conductori ad id, ut illum ſinat re conducta frui, *Ioh. Sichard. ad tit cod. in rubr. de locat.* adeò ut ſi conductor non poſſit re quam conduxit ſive per culpam locatoris ſive caſu fortuito non frui, ex locato agere, & ſeu ad reſciſſionem contractus procedere, ſive penſionis remiſſionem petere poſſit, *l. ex conducto 15. loc.* ut quia poſſeſſio totius agri aut partis non præſtatur, aut villa non reficitur, vel ſtabulum vel ubi greges ejus ſtare oporteat, vel ſi vis tempeſtatis calamitoſæ contigerit, ſive vis major ut puta fluminum, belli, incurſus hoſtium, graculorum, ſturnorum & ſi quid ſimile acciderit, vel ſi terræ motu quid corruit, vel ſi ager benecultus fuit & tamen magnum damnum ex ipſa re naſcens in hoc receperit conductor, quod vinum coacuerit, ſi ſege-

ſegetes corruptæ ſunt,& labes facta omnem fructum tulit *l. d* §. 1. *&* 2. vel quando edaci locuſtarum genere & pernicie ſterilitatis vitium interceſſit *l* 18 C. *loc.* niſi tales ſterilitates ubertate ſequentium annorum compenſentur,tunc enim ad remiſſionem penſionis agere nequit *d. l* 15. §. *ſi uno anno ff d. t. l. licet* 8. C. *eod.* & ſi quæ alia vis major conductori damnoſa ſit,ob quam ejus fructus plusquam tolerabile eſt,læduntur, conductori actio ex locato competit, quod tamen ita intelligendum, ſi ad pecuniam numeratam conduxit, alias partiarius Colonus h.e. qui fructuum partem præſtat & lucrum & damnum cum domino fundi patitur *l ſi merces* 25. §. *vis major & ibi Bart. Bal Paul. de Caſtro ff. eod.* vel ſi conductor in re conducta habitare nequit, nec conductam alii locare poteſt, *l.* 60. *h.t.* quod incommodetur habitatio ſive ab ipſo locatore ſive à tertio *l* 33. 34 35 *eod.* vel quod vicino ædificante obſcurentur lumina cænaculi, ſeu ſi oſtia feneſtræve nimis ruptæ ſint *l ſi merces* 25. §. 2. ſeu ob juſti timoris cauſſam licet periculum ſubſecutum non ſit, ut ob lemures & ſpectra domui infeſta *l. habitatores* 27. §. 1 *& ibi gl. Gothofr h. t.* etiam ob metum viſorum militum, licet alibi tendebant *l.* 3. §. 6 *ff. de vi et vi arm.* & ſi conductor ob locatoris inimicitias impeditus ſit re conducta uti *l ſi merces ff. loc. Franc. Conman. L.* 7. *Comment. c.* 11. *n.* 17. *Mozz. de contract. de loc.*

*loc.de accident.loc.n.*4.*Hunn. in encyclop.p.*3.*t.* 18.*n.*37.38. remiſſionem penſionis pro rata temporis & rei, qua frui non potuit petere poteſt: Vide *alleg. Hunn. & Mozz. ad plures caſus.* Hæc tamen omnia nec in fructibus nec in habitatione curantur, ubi nimirum vel ſterilitas modica eſt, *l. ſi merces* §. *vis major ff loc.* vel modicum ſpatium ſeu ali quantula pars conductæ domus commode habitari nequit, utpote quod æquo animo à conductore ferri debet *l. habitatores* 27.*eod.*

24. Quæ autem magna vel modica ſterilitas ſit, propter quam ad remisſionem à conductore vel agi vel non agi poſſit, à Doctoribus ut plurimum ventilatur, & variant hîc opiniones, quas *Menochius* colligit *de arbitr.jud.l.*2.*cent.*1.*q.*76. prima antiquorum opinio eſt ut refert *Mozz.de contr.de locat.de accid n.*11. ſterilitatem magnam dici, cum ſemen projectum non eſt perceptum quamq; opinionem dictus *Menochi⁹* tribuit *Nevizano conſ* 90 *n.*11. *in fin.* qui hanc indubitatam eſſe affirmavit. Altera eſt illorum, qui magnum & irreparabile damnum ſterilitatis per amiſſionem tertiæ partis fructuũ definiunt, puta quando tertia pars fructuũ, qui aliter percipi conſveverunt, deperdita fuit, uti ſentiunt interpretes in c. *propter ſterilitatem, de locat. & Abbas in ſpecie in d c.n.*13. Tertia eſt opinio, Bartolo recenſente *in l. ſi merces* §.*vis major n.*4.*loc.* quam recepit *Valaſc,*

Iaſc. de jur. emphyt. q. 27. n. 24. verſ. quartam opinionem, qui illam magnam ſterilitatem cenſet, qvando deductis impenſis nihil ex fundo percipitur, illaq; ſententia juvari videtur, *l. 15. §. 2. ibiq; omnem fructum tulerit ff. eod & arg. l. legatum ff. de ann leg & l. ex eo ff. de vin. trit. & ol. leg.* Quarta eſt opinio, magnã ſterilitatem ex opinione vulgi & communi fama æſtimandam eſſe, quam ſalicet in *l. licet* C. *loc.* communem teſtatur, & *Corneus conſ. 128. n. 26. & Neviz. conſ. 90 n. 2.* vulgarem aſſerit: Et quod ruſticis & vulgò ſæpius in re credatur, exprimit textus *in l ſi chorus 79. §. 1. ibi, ſe ruſticos ff. de leg. 3.* Quinta opinio eſt, quod quando conſideratq eo qvod conſuevit percipi, non dimidia fructuum percipiatur, quam approbat *Aut. de Butr. in c. propter, de loc.* & recenſet *Maſcard. de probat. vol 3. concl. 1333. n. 6.* Sexta ut magis recepta in determinatione modicæ & magnæ ſterilitatis ad *l. licet C. loc.* opinio eſt illorum, qui damnum ſterilitatis dixerunt eſſe debere ultra dimidiam h. e. cum Colonꝰ tot non colligit fructus, qui deductis expenſis valeant dimidiam penſionis explere, ita ut fructꝰ qui ſuperſunt, non aſcendant ad valorē medietatis pretii, qꝫ ſolvit conductor pro mercede, quã ſententiam tuetur *Bertol. in l ſi uno §. cũ quidã de fructuũ exiguitate quereretur ff d. t. & Bal. in d. l. licet* C. *loc.* idq; ex hac ratione, quod cõtractus locationis & cõductionis procedat iiſdem regulis, quibus contractꝰ emptionis

&

& venditionis *Menoch.conſ.13 vol.1.n.6.* adeoq; cum intolerabilis ſit læſio in venditione & emptione, quæ eſt ultra dimidiam juſti pretii per *l.2.C.de reſcind.vendit.* etiam in locatione conſideretur, propter ſimilitudinem contractus cum emptione, & quia bona fides non patitur quem ita decipi nimirum ultra dimidiam *Maſcard.de probat.d. vol. 3. concl.all n.5.* atq; hæc mihi placet ex dicto fundamento, & tanti apud *Menoch.* valoris eſt, ut licet id quod modicum vel magnum damnum ſterilitatis habeatur, arbitrio Judicis illiusque deciſioni relinquat, tamen in illo arbitrio expreſsè à Judice hujus Opinionis conſiderationem haberi debere ſtatuat, *de arbitr.Iud.alleg l.2.cent.1.n fin q.76.* & ſic juxta hanc opinionem ſterilitas modica & cujus conſideratio in jure non habetur, illa eſt, quæ eſt infra dimidiam illorum fructuum, qui non aſcendunt ad valorem medietatis pretii, quod pro mercede conductor dat, & de qua exiguitate *l.ſi uno §.cum quidam &c. l. ſi merces §. vis major ff. loc.* loqui cenſemus per *gl Gothofred.d.l.ſi uno d.§.*

25. Quid autem modica in habitatione incommoditas ſit, exprimitur in alleg. *l. habitatores 27 loc.* quod ſi nimirum mirus commodè aliqua parte cænaculi uti non poſſit, quæ modica incommoditas hîc non curatur *Bartol.in d l.* & dicitur ideò modica, quod aliqua tantum pars cænaculi commode habitari

tari nequit, cum tamen ipſum cænaculum adhuc uſui ſit, quamvis una pars min⁹ commode habitari nequeat, alias ipſum cænaculum neceſſaria domus pars eſt, ad quam antiqui ſcalis aſcendentes ibi ut plurimum cænabant, cujus meminit *Paul l. 3. §. fin. de offic. præfect. vigil Pardulph. lexic in voc. cænaculum*, & ſi totum cænaculum minus commode habitari poſſet, magna & quidem maxima ad remiſſionem particularis penſionis ſufficiens eſſet cauſſa, hinc diſponitur in *l. ſi merces §. 2. ff. loc.* quod locator teneatur inquilino, ubi vicino ædificante obſcurantur lumina cænaculi, per id enim uſus totius cænaculi minus commodus redditur.

26. Sive autem magna ſive modica incommoditas in re conducta verſetur, non tenetur locator conductori ſi 1. illa incommoditas ex conductoris culpa profluxit, vel propter inimicitias ejus vicinus illi damnũ intulerit *l ſi merces § culpa ff locat.* 2. ſi fortuitis caſibus renunciavit, de damno per caſum fortuitum emergente colonus ſive cõductor conqueri non debet *l ſi quis fundum in pr. loc. Anton. Gomez. l. 2. reſol c. 3. n. 19. ver ſ. item quæro*, per quam tamen renunciationem ad caſus inſolitos non tenetur, niſi id expreſsè actum ſit *Bart. l. Serv. §. medico in fin. ff. de ann. leg Boſſ. de remiſſ. merced. n. 66. 67. & 68. Geil. l. 2. obſ. 23. n 8 Maul. de locat t. 6. n. 46.* nec 3. ille remiſſionem meretur, qui tempo-

ribus belli conduxit prædia, cum tacitè videatur remiſiſſe beneficium arg. *l. qui bona §. de illo ff. de damn. infect. Alex. con.* 16. *Mozz. de contract. de locat de accident. n.* 32. Vel ubi 4. conductor emphyteuta eſt, cui licet omnes ſive pauci fructus perierunt, nulla remiſſio fit, non enim mercedem ſed canonem præſtat, idque quod dat non pro fructibus ſed in recognitionem dominii præbet, & hinc videmus quod regulariter Emphyteuſis pro modica penſione concedatur, adeoq; ex modica penſione quę pro re magna datur potiꝰ Emphyteuſis quam locatio præſumitur, *Maul. de locat. t. 6. n.* 53. 54.

Vel 5. penſio ſit modica, quæ etiam ob inſolitam ſterilitatem & maximum damnum, remitti conductori à judice non debet, *Capoll. conſ.* 25. *n.* 20. *Cardin. in c. ult de locat. qu.* 39 *Maul. d. l. n* 60. à qua tamen opinione diſſentit *Valaſcus de jur. emphyt. qu* 27. *n.* 16 idq; ex eo, quod etiam in modicis ius operetur per *l. in majoribus C de appellat.* nec 6. remiſſio fit, ubi ſterilitas compenſatur per ſequentis anni magnam ubertatem *l. ſi uno ff. loc. Geil. l.* 2. *obſ.* 23. *n.* 12. Dicitur autem magna ubertas anni ut poſſit compenſari cum anno ſterili, quando ubertas excedit duplum ejꝰ quod eſt percipi ſolitum, ut vult *gl in l. licet C loc.* Et *Cardinalis in c. propter x loc.* annum pro uberrimo vendit at, quando fert duplicatos fructus, juxta *Nicol. Marcll.* quem retulit *Bal. in l. licet q* 9. *C.*

loc.

loc. exigit, ut percipiantur fructus ad ſolutionem duorũ annorum penſionum tam anni ſterilis quã fertilis ſufficientes. *Paul. Caſtrẽſ. in l. ex conducto §. ſi vis n 6. ff. loc.* requirit exceſſum fructuũ ultra dimidiam eorum, qui ſolẽt percipi. *Imola* cui & me ſubjicio, id pro magna ubertate tradit ubi quid ultra ſolitũ etiamſi ſit dimidia vel min⁹ dimidia percipitur, ut ſi conſvevit ager dare viginti & in anno ſterili non magis dederit quam quinque, poſteriori vero anno tulerit triginta, remisſio non fiet niſi in quinque, & annus pro ſatis felici & uberrimo depredicand⁹ eſt, & qvãm opinionem magis communem eſſe refert ex *Boſſio Thom. Maul, de locat tit. 6. n 38.* nec 7. incommoditas in conſiderationem venit, quã conductor pro remisſione allegare poſſet, quæ nimirum modico tempore durat *Thom Maul. alleg. tit. n. 69.* ꝙ modicum temp⁹ *Valaſc. de emphyt. q. 27. n. 19.* in materia emphyteuſeos, & ubi agitur de damno, quod Emphyteuta paſſus eſt, capit pro biennio, quod in materia emphyteuſeos bene cõceſſero, cum emphyteuſis ſit ad longum temp⁹ & ut plurimum perceptum, intuitu cuj⁹ longiſſimi temporis biennium non incongruè pro modico tempore in dicta materia emphyteuſeos ſumitur, ſed idem non procedit in locatione cum ipſa locatio aliquando nõ ad biennium excurrat, ita ut modicum tẽp⁹ in materia locationis & circa remiſſionem ob brevem incommoditatem non malè

 relin-

reliquero arbitrio judicis, qui hoc pro ſua prudentia,& prout res locata eſt ex variis circumſtantiis determinabit, ſic enim dies pro multo tempore ſumendus eſſer, ubi locatio ultra 6. vel ſeptem dies non excurrit, econtra ubi ad biennium vel triennium ſe extendit, citra dubium pro modico tempore computatur,

27. An peſtis pro magna vel modica incommoditate ſumenda ſit, & an ob peſtem ſupervenientem conductor emigrare, & remiſſionem penſionis pro rata temporis petere poſſit, non iniquè à Doctoribus quæritur, cum id utpote expreſsè in lege non deciſum in dubitationem trahi poſſit,& quidem hic de peſte ſuperveniente loquimur, ob illā enim quæ jam fuit tempore contractus nulli remiſſio concedenda, cum volenti & ſcienti non fiat injuria, *l. qui bona §. de illo, ff. damn. inf. Bal in l. licet n 5, C loc.* ob peſtem ſupervenientem nullam inquilino remiſſionem concedendam aſſerit, quod ſanioribus nimis durum videtur, cum peſtis major ſit caſus fortuitus, quam ſterilitas, hæc enim fruges, illa homines conſumit, adeoq; dubitari non debet, quod inquilinus ob peſtem ſupervenientem è domo conducta migrare,& remiſſionem penſionis æquo jure petere poſſit, ita tamen ubi prius denunciavit domino, quæ denunciatio in tali caſu emigrationis neceſſario requiritur, ut & in bello *l. item quæritur*

§. exer-

§*. exercitu ff. loc.* & ita ſentiunt *Canoniſt. in c. propter & ibi Abb. X. loc. Rip. de privil. contract. cauſſ peſt. n.* 22. *Arnold. Ferron. in conſuetud. Burdeg. t. 8. §. 3. Calderin. conſ. 5. tit. loc.* nec accipimus hîc diſtinctionem *Gellii l. 2. obſerv* 23 qui diſtinguit inter peſtem modici & magni temporis, & quod ſi modico tempore i. e. per aliquot menſes, uti breve tempus explicat, duraverit, nullam inquilino emigrationem ſeu remiſſionem concedendam putat, ſecus vero contrario caſu, licet enim ſuperius dixerim qvod ob incommoditatē modici temporis conductor ſive inquilinus conqueri non debeat, hanc tamen incommoditatem nimirum peſtem excipimꝰ, cum peſtis idem in modico tempore quod in maximo operari poſſit, & ideò inter maximos & crudeles caſus fortuitos numeranda, quod vitam ut nobiliſſimum hominis bonum tangat, & morbus ſit omnium vehementiſſimus *Maſcard concl* 20. *n.* 5. *lib.* 1. & eò crudelior, quod dementiam & fatuitatem inducat *Paul. Zacchias in qu. medic. legal l.* 2. *t.* 1. *qu.* 20. *n.* 1 & 2. Ob contagioſos etiam morbos monialibus licentia concedi poteſt, ut ex uno monaſterio in aliud ſe recipere poſſint, ex *conſtitutione Pii Quinti*, quam habes apud *Navarr. in regul. commun.* 4. *n.* 47. & ſub morbo illo contagioſo comprehendunt ſolum lepram & peſtem, licet illos quoad hunc effectum *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 102. *n.* 14 ad

 alios

alios morbos contagioſos, ut Hecticam, febrem, tabem, rabiem & ſimiles extendat, vide *Paul. Zacch. l. 3. tit 3. q 6. n. 9. & 10.*

28. Hacten⁹ de medico conductoris incommodo, tranſim⁹ jam ad modicam penſionē, & ſicut in emendo & vendendo naturaliter conceſsū eſt, quod pluris ſit minoris emere, & quod minoris ſit, pluris vendere, & ita ſe invicem circumvenire, id quoq; in locationib⁹ & conductionibus juris eſt, adeoq; prætextu minoris penſionis, ſi nullus dolus adverſarii, apparuit, locatio facta reſcindi non poteſt *l. 22 §. fin. l. 23. ff loc. l. 21. C eod l. 51. ea pactione l. 4. C. de uſur.*

29. Modicam autem illam penſionis læſionem illam communiter Doctores explicant, quæ non eſt ultra dimidiam juſtę mercedis, & ideo *Accurſius* cenſet, quod tali caſu etiam remedium *l. 2. C. de reſc. vend.* locū inveniat, idemq; *Paponius 3. Notar. 9. c. de reſtitutions contre louanges & conductions v. gl. Gothofr. in d. l ſi ea pactione* 14. *Pinellus* autem *l. all 23 ff. loc* indiſtinctè cenſet eſſe intelligendam, cū remedium *l. 2. C. de reſc. vend* in digeſtis adhuc fuerit incognitum, *de reſcind. vend. x p. c. 1 n. 21.* licet enim contract⁹ locationis reſcindatur, ſi deceptio ultra dimidium juſtæ penſionis facta fuerit, per remedium *d. l. 2. Arnold. de Reyger in theſaur jur. vocab. location* 13. tamen exinde non ſequitur, ꝙ minor penſio in *d. l. 23. ff loc*, memorata ſit intel.

intelligenda de mercede quæ eſt infra dimidiam, per rationẽ ſupra à *Pinello* adductam.

In Praxi obſervatur, quod leges permittant decipere uſq; ad dimidiam juſti pretii, modo dolus abſit, *Mynſing in obſerv cent. 4. n. 9.* alias ſi ob quamcunque læſionem contract⁹ reſcinderentur, infinitæ & de lana caprina orirentur lites, nec ullus fere contract⁹ ſubſiſteret *Roveſtrunk de jud equeſtri l. 1. c. 2. n. 63.* Econtra ſi ultra dimidiam partem veri pretii ſeu juſtę mercedis numm⁹ ſolũ unicus excedat, reſcinditur contractus *Bal. & Salic. in l. 2. C. de reſcind. vend. Mynſing. alleg. loc. n. 1. 2.* verum autem pretium ſeu merces attendi debet ex tempore contractus & non poſtea per *text in l. ſi voluntate, ibi, quod fuerat tempore venditionis C de reſcind. vend.*

30. Licet locator teneatur conductori ad refundendas expenſas, quas fecit in rem conductam, *Ioh. Garſ. de expenſ. & meliorat. c. 14. n. 2. Franc Zoannet. rer quotid. c. 57. n. 4.* modicæ tamen impenſę à conductore ferendæ ſunt, quales ſunt juxta vulgarem opinionem illæ, quæ à conductore prædii fiunt, fructuũ colligendorũ cauſſa, quales conductori nõ refundendas cenſet *encycl. Hunnian. p. 3. t. 18 c. 7. circ. fin.* & quę modica impẽſa ſit, ſupra ubi de uſufructu egim⁹, ſatis abunde ꝓ ratione inſtituti tractavim⁹, & ſi plura deſideras conſule *Thom. Maul. de locat. t. 6. n. 12.* hîc tamen non omiſero, ꝙ malè illa magna

dicatur expenſa quæ non eſt temporalis ſed perpetua, cum ſarti tectiue conſervatio etiam perpetua ſit, & tamen inter modicas expenſas ab uſufructuario ferendas numeretur per *l eum ad quem 7. C. de uſufr.* Quicquid ſit, judicis arbitrio relinqui debet, quæ ſit modica impenſa *Thom Maul alleg loc.*

31. *Sicut* ſupradicta modica non curatur, ita nec conductio eſt quæ pro uno nummo fit, *l. ſi quis conduxerit 46. loc. l. ſi quis ante 10. §. 2. de A. vel A poſſeſſ.* ſecus tamen eſt, uti *Accurſius* limitat, ſi res ipſa non eſt digna majori mercede, uti *l. 66. de jur. dot.* Dd conciliant, ubi dicitur venditionem fieri poſſe uno nummo, regulariter tamen ubi facta eſt, uno nummo præſumitur donatio *d. l. ſi quis*, & non valet locatio, ſicut nec venditio donandi animo facta, ut ſimulata valet *l. cum in venditione 36. de contrah. empt.* vide *Moz. de contract. de locat. ſubſtant. n. 15. 16. & ſeqq.*

32. Ut occurratur fallaciis vendentium & emptoribus ſuccurratur, ſive venditores ignorent vitia rei, venditæ datur redhibitoria & æſtimatoria actio, ita ut per illam contractus reſcindatur, per hanc vero id quod deeſt ſuppleatur *l. 1. §. 2. l. 21. l. 44. de ædil. edict.* & aliquando licet æſtimatoria agatur, res redhibetur *l. 43. § 6. d. t. Rovenſtrunk de jud. equ l. 2. p. 1 n. 24. 25. & ſeqq.* & in utramque actionem veniunt acceſſiones & uſuræ pretii ut & fructus *l. illud 29. eod.* Hinc ſi tale fuit

quid

quid vitii ſive morbi, quod uſum ſive miniſterium hominis venditi impediat, dabit redhibitioni locum, dummodo meminerimus, non utique quodlibet qvam leviſſimum efficere, ut morboſus vitioſusve habeatur, modica enim non curantur, ut nec levis febricula, nec vetus quartana quæ tamen jam ſperni poteſt, neç vulnusculum modicum *l.1.§.proinde,d.t.* nec levis lippitudo nec levis dentis auriculæve dolor, aut mediocre ulc⁹ *l.ob quæ vilia 4.§.fin. eod.* ſic pro modico vitio reputatur, ſi cui dens abſit, maxima enim pars hominum aliquo dente caret *l. cui dens 11 h.t.* vel ſi cui os oleat veluti hircoſum ſtrabonem, idq; ex illuvie oris non verò corruptione decoris vel pulmonis vel alterius partis eſſentialis procedat *l. qui Clavum 12. § fin.* vel quis balbus, blæſus ſive atypus ſit, hoc eſt, qui ſyllabam ſyllabæ properè jungere non poteſt, ſive quis extrorſus introrſos pedes habeat, qui varus & varius appellatur, *l. idem Ofilius 10. § fin.* ſive quis alterum oculum alteramve maxillam majorem habeat, inæqualitas enim oculorum brachiorum & maxillarum, ſi nihil ex miniſterio ſubtrahit, pro exiguo habetur vitio *l. qui clavum 12. § 1.* aut quis natura gutturoſus ſit, vel oculos eminentes habeat, vel Scæva ſit *d.l. §.2.3.* ſive quis obſcurè loquatur *l. 9. h. t.* quæ omnia inter modica & quæ redhibitioni locum non faciunt, vitia numerantur.

Nec ſimplariarum venditionum cauſſa redhibitio ſit *l. ſi tamen* 48. §. *fin. eod.* quia ſimplæ non multum curantur & modici ſunt præjudicii, utpote quæ nec laudem nec vituperium habent *gl. Gothofr in d. l.*

33. Sunt etiam in equis leviſſima vitia, quæ ædilitio edicto locum non relinqvunt, & talia *à Roveſtrunck in judicio equeſtri* enumerãtur, utpote vulnuſculum modicum ante venditionem ephippio impreſſum, geſchwellt oder gedrückt/Wrangen/ſtrengen/Mucken/Huſt/Kropff/Treckeln/zucken oder hincken/ quę præſtationem non exigunt: multo minꝰ contractum diſſolvunt, *d. Roveſtrunck de jud. equeſtr. l. 2. part. 1. n. fin.*

34. Licet communiter habitatores teneantur de effuſis & ejectis *l. 1. §. 4. de his qui dejec.* tamen ſi quis cænaculariam exercens, modicum ſibi hoſpitium retinuerit, reſiduũ locaverit pluribꝰ hi tenentur non ille *l. 5. §. 1. de his qui dejec.* & ubi quis amicis ſuis modica hoſpitiola diſtribuerit, non hi ut habitatores, ſed ille eorum nomine convenitur de effuſis & ejectis *d. l.*

35. Licet res ſacra & religioſa vendi nequeat *l. 23. de contr. empt.* tamen modica cum aliis rebꝰ vendi poteſt *l. 24. d. t.* hinc etiã eſt, ꝙ res eccleſiaſticę quę ſervando ſervari non poſſunt, quia ſunt modicæ conſiderationis absq; ulla ſolennitate legitimè alienari poſſint *c. bene quidẽ, verſ. planè quacunq; diſt. 96. gl c. nulli verb. immobilẽ & ibi Panorm. n. 8. ext. de reb.*

reb eccl. Petr Rebuff. in tr. de alien. rer. eccl. n. 23. arg l lex qua tutores circ fin C. *de admin tut. l. fin.* C. *quād. decr. op⁹ non eſt. Borcholt. conſil. 20. p. 2. p.* (*m*) 180. idēq; producitur ad res illas, quę q dem ſervando ſervari poſſunt, ſed ſunt corruptæ, fractę, ſ. inutiles, uti *Borcholt* reſpōdit ſu p campanis eccleſię fractis *d. l.* per *Aug. Bero. c conſens⁹ n. 12. ext. de reb. eccleſ non alien.*

36. Scimus quod adminiſtrator nil donare poſſit, cū vulgare ſit axioma, ꝙ tutor & curator de reb⁹ ſui principalis nullam poſſit exercere liberalitatem *l. ultima, ff de cura. furioſ. l. tutor ad utilitatē l. Luci⁹ §. ultimo ff. de admin. tutor.* & eſt text⁹ apertus de procuratore Cæſaris *in l. 1. §. 1. de offic proc. Cæſar.* quod tamē in modico non curatur, ita ut donatio modica facta ab adminiſtratore recipiatur in calculo, inprimis ubi id cōſuetudo terrę permittit per text *in c. caterū de don.* & hoc cavetur *jure Hiſpanico l 5. t. 14. part.* 2. his formalib⁹, *Fueras ende ſi fueſſen echas de pequennas coſas, anſique noſe menoſcobaſſen las coſas de la Ygleſia por ellas Munnoz. de Eſcobar. de ratioē adm. c. 24. n.* 8 *n. 9*

37. Regulariter à tutore ob urgens æs alienum, ubi pupillus nec in numerato, nec in nominib⁹ quę conveniri poſſunt, nec in fructib⁹ conditis nec in redituum atq; ob venditionū ſpe quid amplius habet unde creditorib⁹ ſatisfacere poſſit, prædia cū authoritate prętoris alienari poſſunt *l. 1. §. 2. l. magis 5, §. 9. §. 14. de reb. cor. qui ſub tutel. l. ob æs*

 alie-

alienum C. de præd. ob æs alienum modicum vero magna poſſeſſio diſtrahi non debet *d. l. magis. §. idem prætor. ro. de reb. cor.* quia primum modicum in neglectu eſt, & deinde incivile eſſet plusquam opus eſſet ad æs alienum ſolvendum diſtrahere *Menoch. de arbitr. jud. l. 2. cent. 2. caſ. 171 n. 21.* quid verò ſit modicum debitum, quid magna poſſeſſio, quid urgere dicatur, ex utilitate pupilli judex judicabit, *Menoch. d. l. d. caſ. per tot.*

38. Nec ubi pupilli bona diſtrahuntur permittendum, quod omnia & ſingula diſtrahantur, relinquendum enim illi eſt aliquid modicum, unde vivat, quod modicum hic pro alimentis capimus *l. 33. l. fin. de reb. author. judic. poſſid.* illaq; alimenta ſecundum vires patrimonii præſtantur, & non ex proprietate ſed reditibus debentur, inſpecto etiam communi valore per *Menoch. alleg. tract. l. 2. cent. 2. caſ. 183. n. 26. 27.* & prout diximus, quod pupilli magna poſſeſſio propter æs alienum modicum diſtrahi non debeat, ita fere ad ſimilitudinem hujus quoad omnes debitores ex jure ſtatuti Mæno-Francfurtani ſtatuitur, quod propter modicum debitum merces debitoris ſubhaſtari non debeant *Ref. Francf. p. 1. 4. 7. § 4.*

39. Ubi illi qui bona ceſſerunt, poſt factam ceſſionem aliqua rurſus acquirunt, illa poſtulantibus creditoribus rurſus diſtrahi debent, donec ſuum conſequantur *l. ſi debitoris*

toris 7. de ceſſ. bon. quod ſi tamen modicum quid debitores, qui bonis ceſſerunt, acquiſierunt, eorum bona non veneunt *l qui bonis 6. d. t Dn D. Chuno Pro Cancellarius & Profeſſor Heidelbergenſis primarius in disp. de benef. competent. th. 19 in fin.* modicum autem illud hoc in caſu appellatur, ſi quid miſericordiæ cauſſa aliquid ei fuerit relictum, puta menſtruum vel annuum alimentorum nomine, vel alimenta quotidiana, vel ſi uſusfructus ei ſit conceſſus vel legatus, ex quo tantum percipitur, quantum alimentorum nomine ſatis eſt *d. l.* qui bonis. Et ubi quis bonis cedit, omnia quidem uſque ad denarium quæ habet jurato indicare tenetur, aliqua tamen, & quæ jam modo diximus, alimenta nimirum illi relinquenda ſunt *Nov. 153 in præfat. ibi, & ad quotidiani victus atq; amictus corporis inopiam conjiciatur, Covarr. 2 reſol. 1. Menoch. A. 1. Qu. 183 n. 21.* Sub illis alimentis autem cibaria, veſtitus, & habitatio comprehenduntur, quia ſine his Corpus ali non poteſt *l. legatis 6. de alim.* quæ ubi quis denegat necare videtur *l. 4. de agnoſc & alend. lib.* quæ an ex reditibus vel proprietate præſtari debeant, vide me ſupra, ubi egi de ære alieno pupilli. Veſtimentum etiam quia ſub alimẽtis continetur, à cedente jure naturali retinetur, quod nemini invideri debet, cum etiam his qui ad mortem ſunt damnati, quamvis omnia auferantur, veſtis tamen relinquitur,

nec pannicularijs quæ ſunt illa ſpolia, quib⁹ ille qvi ad ſuppliciũ ducitur, indutus eſt neq; à ſpeculatoribus neq; ab optionibus neq; ab ullo alio quis ſpoliari debet *l. div⁹ 6. de bon. damnat.* Centent econtra *Hotomann illuſtr. q. 26. Weſenbec. in ff. de ceſſ bon Dorell. ad §. ſunt præterea n 6. Inſt. de action. Thom. Maul de ceſſ. bon t. 4. n 5.* bonis cedentem ad extremum denarium excutiendum eſſe, ita ut nec nummum ſibi reſervet *Zaſ. de ceſſ. bon. in l qui cedit n. 5.* ſed convincuntur hi *per alleg. l. 6. de ceſſ. bon.* ad quam *Thom. Maul. d l.* ita reſpondet, quod hæc lex ſolum loquatur de illis quæ poſt ceſſionem acquiſita ſunt, ſed reſponſio illa ficulnea videtur, ex eo quod ratio aſſignata in *d. l* tam in illum qui tam ceſſit, quam hunc qui jam cedere vult, cadat, eſt enim ratio, ne egeat, & ut aliquid unde vivere poſſit, quis habeat. Temperat hoc ita *Zaſius d l.* quod veſtimentum quidem cedenti relinquat, ſed omnem nummum & quemlibet denarium excutiat, & quoad veſtimentum cedenti relinquendum allegat *l. divus ff. de bon. damn.* Cum tamen illa lex etiam de modico denario loquatur, & nummulos quos ille qui ad ſupplicium ducitur, vict⁹ ſui cauſſa in promptu habuerit, & leves annulos i. e. qui rem aureorũ quinque non excedunt, illi relinquendos velit, quo ipſo & quidem proprio argumento *Zaſi⁹* admoneri poteſt.

40. Impenſæ à marito in rem dotalem fa-

ſtæ deduci poſſunt, ubi nimirum neceſſariæ ſunt, vel utiles cum voluntate mulieris factę, cæteris nimirum voluptuariis ſive cum conſenſu ſive diſſenſu mulieris erogatæ ſint excluſis *l.5.l.8.l.11 ff. de impenſ. in res dot. fact.* ſi tamen in ædificandis ædibus, reponendis & propagandis vineis, & in valetudine mancipiorũ modicas impenſas fecerit, illas arbiter curare non debet *l.omnino 12.ff.d t l. pen. eod.* inter quas modicas impenſas referuntur in hac materia ſtipendium, tributum, impendium fructuum colligendorum cauſſa factũ, cibaria mancipiis data & ſimilia *l 13. l.15.d.t.*

41. Dotem habere modicam & nullam paria ſunt *Bal. & Salicet. in auth præterea C. und vir & ux. Tiraqu. in lib. de judic. in cauſſ. exig. fer.* Sic ſtatutum loquens de marito qui cogitur aliquid relinquere uxori nullam dotem habenti, intelligitur etiam de illa quæ parvam dotem habet teſte *Corveo in ſuis conſil 249 l.3 Barbat. conſ. 74. lib. 4. per c. licet cauſſam de ſentent. & rejudic.* non enim ſufficit dotem habere, ſed dotem congruam habere mulier debet *Reinking in enarrat l. fin. n. 151. & ſeq.* C. *de pact.* dotis enim nomen de dote congrua intelligitur *l. cum poſt § gener. l. quæro ff. de jur. dot Geil. 2. obſ. 147. n. 5. Knipſchild de fideicomm. c. 6. n. 187.* Quæ autem congrua vel modica dos ſit, ea in æſtimatione judicis dota cõſiſtit *Hippol ad l. quæſtionis n 29. de qu. Dd. in auth. q locũ C. de coll. dos mo-*

dica hic

hic dicitur, quæ non excurrit ad legitimam dotis portionem, quæ autem legitima dotis portio ſit, judex ex more regionis, quantitate bonorum, dignitate natalium ſtatu nubẽtium, numero liberorum, & qualitate locorum æſtimabit per *l. quæro 60. l. cum poſt 69. §. gener. ff. de jur. dot. l. 12. §. 3. de admin. tut. l. ſi filia 43. ff. de leg. 3. l. ſi quis §. ſed etſi ff d. alend. & agnoſc. lib. Thuſc. pract. concl. lit. D. concl. 733. per tot. concl. 780 ſn. 175. Menoch. arbitr. jud. caſu 49. n. 31. Knipſchild de fideicommiſſ. c. 6. n. 195* ubi allegat multos ut *Pacian. conſ. 38. n. 12. Sithard. part. 2. conſ. matrim. 9. n. 10. Chaſſan. conſuet. Burgund. rubr. 7. § 12. n. 22. Hartman Piſtor. 2 qu. 37. n. 10. Molin. de Hiſpan. primog. l. 2. c. 15. n. 34. Kellenbentz. de renunc. qu. 42. n. 7. & al.* ita ut dos fiat juxta poſſibilitatem *cauſ. 30. q. 5. c. 6.* inprimis ait *Menoch. alleg. qu. n. 25.* quod æſtimetur dos ex facultatibus, & quales erant tempore contracti matrimonii, ita ut non conſideretur augmentum ſuperveniens *n. 17. arg. l. cum quæritur C. de inoffic. teſtam. l. etſi ſine § quæſitum de minor. gl. in l. 1. C. de inoffic. donat.* inprimis temporis qualitas obſervanda eſt *Socin. Sen. conſ. 57. n. 31. l. 4.* quod enim olim fuit magnum, hodiè poteſt eſſe parvum *Val. Max. l. 4. c. 4. de paupert.* & conſuetudo populi negligenda non eſt tali caſu, ſic Maſſilienſes olim in dote centum aureos non excedebant, *Bayfius in opuſc. de re veſtiar. c. 12.* quem allegat *Menoch. d. l. n.*

d. l. n. 41. & ſi conſuetudo regionis non eſt, ex vicinorum more deſumitur, qualis plerumque apud vicinos eſt per arg. *c. 6. de conſuet.* & pro modo redituum & facultatum decerni ſolet *l. ſi quiſ. 5. §. 10. de agnoſc. lib. l. cum plures 12. §. 3. de admin. tut.* Alii cenſent quod illa dos modica non appelletur, quę legitimę reſpondet. *Vultej. 2. Marp conſ. 29. n. 51. Zoanet. rer. quotid. c. 12. n. 11. Alex. conſ. 83. vol. 4.* eo quod dos ſurrogatur in locum legitimæ, *Knipſchild d. l. n. 89. per l. quoniam C. de inoffic. teſtam.* ſed nec ipſe *Knipſchild* huic opinioni aſtipulatur, eò quod legitima non debeatur niſi mortuo parente *per l. 1. §. ſi impuberes 13. ff. de collat. l. 1. ff. de hared. vel act. vend. l. 2. §. interdum ff. de vulg. ſubſt.* quod ſecus in dote, dos ſi non legitimæ, tamen alimentis debet correſpōdere, cum dos & alimenta æquiparentur *gl. in l. ob aſ C. de prad. & al. reb. min.* cum dos nihil aliud ſit, quam donatio, pro ſuſtinendis oneribus matrimonii, ſuſtinere autem onera matrimonii nihil aliud eſt quam alere familiam, *Salic. in l. qui liberos ff. de rit. nupt. Alex. de Imol in l. cum 15. §. ſi mulier ff. de cond. indeb. Damhoud. in loc. comm. in voc. dos alimenta.* Hoc intellige niſi quantum dos tenere debeat expreſſo pacto vel ſtatuto ſit expreſſum ut in illuſtrisſima familia Heſſaica vigore fraternitatis diſpoſitum videmus, quod ibi dos juſta ſit 24000. fl. Rhen. & ſi nullis relictis maſculis una ſolum reſtat filia, dos

dos melioratur per 40000. flor. Rhen. *Car. võ Hagen Iurisp. publ. l. 2. c. 7. n. 2. ibi es iſt auch*. In Ducatu Würtenbergico eſt 20000. aureorũ, & maxima Nobilium in Suevia dos qvatuor millia florenorum non excedit *Knipſchild c. 6. de fideicommiß. n. 200.* ubi etiam allegat legem Venetorum antiquam cuj⁹ vigore ultra ſex millia ducatorum aureorum dotis nomine patricio dare nõn licuit. Etſi patrici⁹ plebeiam duxerat, duob⁹ aureorum millibus ſummã determinaverunt, *Bodin. de Rep. l. 5 c. 2. f. 837.* Variat inter magnates ut plurimũ dos, Eleõnõra filia Vincentii Senioris Mantuæ ducis conjux Ferdinandi 2. in dotẽ accepit trecenta millia ſcudorum, Regia cõjux Ferdinandi 3. Infanta Maria Regis Hiſp. Philippi IV. ſoror ut & illius ſoror Galliarum Regina Ludov. 13. vidua, quingenta fere ſcudorum millia in dotem habuit *teſt ſtat. Ferd. 11. c. 7.* Henriettæ defuncti Caroli R. Angl. conjugi & viduę à fratre Ludovico 13. Reg. Gall conſtituta dos fuit octingentorum coronatorum mille, ſingulis coronis tres libras Gallicas conſtituentib⁹ *I. P. Lotichius part. 1. Theatr. Europ. l. 14. c. 3. de an. 1624 p. 397.* Et ſic dos ſępiſſimè variat, ut ad propoſitũ revertamur dos tunc dicitur tenuiſſima, quando ex illi⁹ reditibus mulier alimẽta habere non poteſt *Natta conſ. 605. l. 3 Menoch. conſ. 251. n 8 l. 3.* & alimentorũ quantitas taxatur judicis arbitrio juxta quantitatẽ patrimonii *l ſi quis § deniq; de agnoſc. & alend lib. l pen l. ult. C. vod.* & juxta

juxta conditionē perſonarum, diſtincta n. eſſe debent alimenta nobiliū ab alimentis ruſticorum *l ſervis urbanis ff de leg. 3. l. cū hi § mod° ff. de tranſact.* nec coguntur divites pauperum cibis veſci *c. 3. diſt. 41* & econtrà ruſticus non debet veſci pane albo, pullis & aliis delicatis cibis, ſed pane graſſo, & atro, caſeo, cepis & fabis *gl. in d. l. 99. de leg. 3. Weſenbec. conſ. 50. n. 21* Et ſicut alimenta menſurantur pro conditione perſonę, loci, conditionis & facultatum, taliter etiam ſumptus funeris computari debent, ita ut illorum arbitramento facultas & dignitas defuncti conſiderentur *per l. ſi quis ſepulchrum § 5. de relig & ſumpt.* hinc etiam injuriam dicitur facere homini diviti, qui in illius ſepulturam modicum impendit ſumptum *l & ſi quis 14 § 10 d. t.* adeòq; talis ſumptus repetitio non admittitur à judice *Med. de ſepult. p. 2. q. 5, n. 29. 30.*

42. Licet pater filiam ſpuriam dotare non poſſit, modicam tamen dotem ei loco alimentorum relinquere non prohibetur *Gail. obſ. 88. l. 2. Reyger in theſ. jurid. voc. dos n 33.* nec ei modicæ donatæ ob ſuper venientiam liberorum vel ingratitudinem revocatio datur, contra *l. ſi unquam C. de revocand don. Gabriel conel. 2. tit. de donat. lib. 3. n. 24. Althuſ. dicaol. lib. 1. c 82. n. 20*

43. Licet magiſtratus municipalis nō habeat merum imperium, modicā tamē habet in criminalib° coercitionē *l. 12 ff. de juriſd. l. 1. § unde quærit ff. de inj. l. 17. § 2. eod. l. 1. & 8. c. de def. civit.*

sivit. etiam ex moderna conſuetudine municipia leviorum criminum punitionem ſibi attribuunt, ut in furto modico *Zahn. de municip. c. 10. n. 13.* cujus pœna eſt arbitraria juxta *Bocer. de furt c. 1. n. 119.* quod arbitrium de jure Saxonico ita temperatum eſt, ut pro furto dimidiam partem quinque Solidorum excedente fuſtigatio, pro alio verò, quod eò uſque non excurrit, pœna arbitraria carceris, relegationis aut ſimplicis mulctæ imponatur *Coler. p. 1. decif. 144. n. 16.* Sub prædicto furto modico fures herbarum vulgo **Gartendieb** comprehendit poſt *Carpz. I. R. conſt. 37. def. 4. Zahn. alleg. loco* nec movet *Zaſii* ſententia qui modicum furtum pro non furto reputat *lib. 2. reſp. ſing. c. 26.*

44. Licet criminum coercitio, ad illum ſpectet cui jurisdictio cetenaria vulgo cent, **oder Friſt vnd Halßgericht** competit, leviuſcula tamen crimina non tam ad dominum criminalis jurisdictionis, quàm ad Vogteiam h. e. civilem jurisdictionem pertinent, levia autem illa nominantur **Scheltwort/ Braun vñ Blaw/ Schlägerey/ Blutrueſt/ ſtoſſen/ tratzen/ werffen/ Haar rauffen/ ſpielen/ verbottene Meſſer tragen/** *Wehner. pr. obſerv. lit Z. voc.* **Zent/** *ibi ſpecialis & limitata Zent eſt.*

45. Tradit *Blanc. in l. fin. de quaſt. n. 130.* quod ex cauſa levi non præſumatur inimicitia, cum modicum damnum ſit æquo animo ferendum.

46. In

46. In levioribus cauſis pronus judex ad lenitatem eſt, & furta domeſtica viliora publicè vindicanda non ſunt *l.11.§.1.ff.de pœn.*

47. Nec ob modicum errorem punitur officialis *arg.l 1.§.abigei,ff. de abig. Bald. in l. quamvis de condit.& demonſtr.* nec ob parvā negligentiam *Abb.c.ea quæ colum* 1.*de ſtat monach.* Officialis enim non debet pro quolibet levi errore Syndicari *Par.de Put.deSyndic. v. judices pag. 80.n.23.*

48. Nec levis injuria infamem facit *Alexand.in addit.ad Bart. in l. infamem ff. de infam.* Nec quis ob levem & modicam injuriam condemnat⁹ infamis fit, *Geil.l 2.obſ.111, n.2 per l.3 de decur.l. 7 §.3.ff.de injur l.40 d.t. Sim.Groenvveg de leg.abrog.ad l.4. Inſt. tit.16. §.2.n.3.* cujus opinionis contrarium tenent *Proſp.Fari ac de var.ad diverſ.crimin. qu.105. n.65 & Martin.Vran.tom.1.conſ 14 n.50. verſ. ſed neque diſtinguendum per c.23. de ſent & re judic.* in quo capitulo cujuſdam capilli ab altero ſpreti ſunt, quod habetur pro nulla vel minima injuria, ob contemptum tamen contemnens in decem ſolidos condemnat⁹ fuit, ſed non video, quomodo contraria & quidem diſſentiens opinio ex dicto capitulo derivari poſſit, cum ibi nulla fuerit injuria ſicut in allegato exprimitur capitulo, adeoq; ibi condemnatus non ex injuria condemnatus fuit, adeòq; nihil ex tali condemnatione quoad damnum famæ timere debuit, ſuper

cujus

cujus capituli explicatione vide *me* latius in *ſemeſtral. palatin.*

49. Quæ autem levis injuria ſit, nondū convenit inter doctores, levis aliquando dicitur, quatenus contrariatur atroci, ex communi diviſione injuriæ in atrocem & non atrocem ſ. levem *l prætor edixit 7. §. ult. l. ſed eſt quaſtionis 9 ff. de injur.* juxta *Petr. de Ferrar. in verb. hac eſt quædam inquiſition 15. in form. inquiſ. & Iodoc. Damhoud. prax. ſua crim c. 35. ſub rubr. de criminoſo tradēdo tortura n. 5.* leves injuriæ reputantur, capillis quempiam convellere, lapides in aliquem conjicere, pedib' peſſundare, convicia ingerere, colaphos impingere, quod tamen negat *Ioh. Fichard conſ. german. 117. n. 8.* per text. *in l. aut facta §. qualitate ff de pœn.* Ego vero levem injuriam non ita facile determinari poſſe, cum *Gylhauſ. de injur. §. 2. n. 21.* ſtatuo, ſed pro more cujuslibet regionis gravem aut levem, injuriam judico, *ex l. turpia 54 in pr. cum not. de leg.*

50 Nec vili perſonæ utpote quæ modicæ conſiderationis eſt, damnū famæ eſt injuria *l. 2 C. ut intr cert. temp l. 15. §. 28. de injur. Bellovis 1. pract 3. n. 26. Marant. p. 4. diſt. 1. n 100. Reyger. in theſ. jur lit. In. n. 27.* Quæ vero vilis perſona ſit appellanda, committitur arbitrio judicis *Menoch. de arbitr. judic l. 2. cēt. 1. caſ 71.* non autem hic cupimus vocabulum VILE, ſicut *Nolden. intr. de ſtatu Nobilium c. 1. n. 6 7.* ubi viles illos appellat qui Nobiles non ſunt & ſic viles opponit Nobilib' per *auth. præſides*

des in pr.C.de Episcop. audient. & leg 3.C. de murileg. & ignobiles cum vilibus conjungit per *Nov.90.c.1.* Nec hic viles perſonas capim⁹ pro infamibus, hæ enim licet etiam viles appellari poſſunt, noſter tamen ſermo eo ſe non dirigit, cum certum ſit infamem nullum omnino famę ut jam perditæ damnū ampli⁹ pati poſſe. Et tales viles enumerantur *in l.1.ff de his qui notant infam.* ut qui ab exercitu cū ignominia dimiſſi ſunt, qui in judicio publico calumniæ prævaricationisve exceſſæ damnati, qui lenocinium faciunt, qui in ſcænā non virtutis ſed lucri gratia prodeunt, qui furti bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo ſuo nomine damnati, pactive ſunt, qui pro ſocio, tutelæ, mandati, depoſiti, ſuo nomine non contrario judicio damnati, qui intra tempus luctus matrimonium contrahunt, quive id ſi poteſtatem habent, permittunt, quive eodem tempore binas nuptias cō trahunt, quibus etiam illæ mulieres adjici poſſunt, quæ corpore quæſtum faciunt, & quæ jam fecerunt, licet intermiſerint *l palam 43 §.4 de rit.nupt.* quæ vulgares appellantur *in l.ſi uxor 13.§ 2.ad L.Iul.de adult.* & mercales *in l mercalem 5.C.de condict ob turp cauſſ.* & qui lucri cauſa cum beſtiis decertaturi in arenā deſcendunt infames ſunt per *l.1 C.de nat lib.l.1.§.removent ff.de poſtul Farinac l.2.pract crimin. q.56.n.442.* & tales ut hiſtriones, pantomimi & ſaltatores appellantur viles & inho-

inhoneſti *l. ſi qua 4. C. de ſpectac.* vilis pretiis *l. Titius 43. in fin. de act. empt.* humiles & ſordidi *l. humilem C. de inteſt. nupt*, & ita odioſi, ut niſi parens illorum profeſſionis fuerit, ob exercitium illius artis ludicræ exhæredari poſſint *Nov 115 c. 3. § 10.* De quibus omnibus jam dictis cum jam infames & verè viles ſint, nullum dubium eſſe poteſt, quin illis damnum famæ nulla ſit injuria. Et de talibus vilibus nos hic, non loquimur, ſed de aliis qui non infames ſunt, minus enim eſt eſſe vilem quam infamem *arg. l. eos 12. de decur.* de quibus arbiter an viles ſint, nec ne, judicabit Alias lex Romana in plurimos in hoc iniqua videtur, quod illos abjectos & viles judicet, qui neceſſariis nec contemnendis officiis incumbunt, quique ſe ex honeſta re alunt, uti ſtationarii h. e. qui vilium mercium apothecas ſecum deferentes in aliquibus locis aliquandiu conſiſtunt, & monetarii & ultimi mercatores h. e minutim vendentes abjecta officia & deformia miniſteria tractare dicuntur *in l. 6. C. de dignit. lib. 12.* & inprimis in monetariis lex antiqua ſingularem duritiem oſtendit, quod mulierem ſplendidioris gradus monetarii conſortio adhærentem decus nativæ libertatis perdere ſauciat per *l. edicimus 7. C. de muri leg lib.* 11. quorum tamen monetariorum honeſtis & neceſſariis officiis conſideratis hodiè vi *Receſſ. de ann. 1566.* § als auch hiebey ad honores ad-

mit·

mittuntur, nec illis dignitatis via præcludi debet, qui nihil admiſerunt *l. 6. ff. de decur.* Et in quoſdam alios *Nolden in tr. de ſtat. nobil.* mihi ſatis injurioſus videtur *c. 22.* quod pictores inter viles ponat, idq; per *l. ſi non 26. §. libertus 12. verſ. ſed ſi operas ff. de con. indeb.* cum tamen picturæ profeſſores aſſocientur liberalibus diſciplinis, & ideò à moleſtia hoſpitali liberantur per *l. archiatros* 8. *C. de metat. lib.* 12 nec hæc lex quam ipſe *Nolden* allegat ullam inter illos qui animi cauſſa vel lucri gratia picturam exercet, diſtinguit, quam tamen diſtinctionem *d. Nolden* ex *d lege* trahere conatur, hoc ſolum adjicit, ſi ingenui ſunt, per quod indicat, quod ob neceſſitatem & delectationem artis etiam liberti & ſervi pictoriam exercuerint, per *l. quotiens* 24. *de oper. libert* nec ſuperius allegata *lex 26.* ad intentum *Noldenii* quid facit, nihil enim amplius de pictoribus *in d l.* habetur, quam quod operæ pictoriæ fabriles appellentur, cum ſi ex his concludi velit, quod pictores operas præſtent, hi viles appellentur, etiam medici viles eſſent appellandi, cum etiam operas patrono præſtent *l. medicus 26. de oper. libert.* cum tamen hi eadem cum Jureconſultis dignitate & immunitate gaudeant *l. medicos 6. C. de profeſſ. & medic lib. 10.*

Dictus *Nolden in alleg. capit.* reputat etiam inter viles perſonas, agitatores h. e. equorum curruumq; rectores *per l. ſi qua C. de ſpect.* & *l.*

*Titius 43.§.fin.de act.empt.*tabernarios,popinarios caupones per *l humilem C. de inceſt. nupt.*Coquos laniones *per l ſi quid 18 in fin.ff. de ædil.edict l.legatis 65.§.2.ff.de leg.2.*piſtores *per l.maximū 12. verſ.ſordidorum C.de excuſ. mun.*fabros,carpentarios *per Accurſ. in Nov. 7.c.3.§.2.verb.Mechanicis & l. 1. C. de excuſ. artif.lib.*10. Balneatores *per l ſed ſi quis 15.§.1. ff de uſufr.* Vitrarios , Cuſtodes portarum, Sartores,Sutores,Cuſtodes pecorum&qvos alios recenſet,quos viles & abjectos appellat cum maxima honeſtorum artificiorū injuria,licet enim talia nobilibus min⁹ bene cōveniant,tamen exinde non argui debet,qvod viles & inhoneſti ſint, ſicut *Noldenius in d. c.* facit,alias citra dubium inter viles poni poſſunt circūforanei *per l. ſi cohortalis* 12 *§.fin.C. de cohort.princ lib* 12 *Iacob Cujac l.2.obſ in fin.* purgantes latrinam *per l.ſed ſi quis* 15.*§.1.ff de uſufr.*& carnifices *Cephal.conſ.237.n.12 lib.2.*

51. Hactenus de perſonis modicæ conſiderationis,nunc ad proceſſum , & quomodo in illo modicum non curetur :& quidem omnis proceſſus ſcripturam requirit *c quoniam contra, de probat.* cauſſæ verò leviores pro ſui ſolennitate ſcripturam nō requirunt, ex quo de levi præjudicio agitur, *Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt.68 n 2.* Nec modica teſtium varietas nocet *Anton. c.2. de regular. Iaſ.in l.ſciendum ff.qui ſatisdare cogantur.*

52. Quid de modico defectu? ſed nec hic in reddendis rationib⁹ curatur *Bald. l.1. C.ſi adverſ.ſol.*Nec modic⁹ exceſſus ad conſtitu-

endam inæqualitatem conſideratur *Caſp. Klock tom.2.conſ 79.n.51.*

53. Fama, licet regulariter plene non probet, in reb⁹ tamen modici momenti vim plenam probativā habet *per not. in auth. de æqual. dot. § illud Iac. Butr. in auth. niſi breviores C de ſent. ex brevic. recit. Iaſ in l admonendi col.88. verſ. itē in cauſſis levioribꝰ Bart. in l. ſi cōſtanti ff. ſol. matr. Marqu. Fach. de fama l. 1. c 10. n. 15.*

54. Defectus literæ nec reſcriptum nec inſtrumentum vitiat, cū modic⁹ ſit, nec paucarum literarū raſura in loco nō ſuſpecto reſcriptum vitiat *c fin. de crim. falſ.* niſi vel p̱ illā ſenſ⁹ mutetur *Mynſing de inſtr. c. 11. n. 1.* vel exinde falſa latinitas proveniat *c. ad audientiam de reſcript. l. Plautius de aur. & arg. leg.*

55. Domin⁹ *Theſaur⁹ in ſuis addit. nov. dec. 130.* quęrit, an ſi mater pręterierit naturalē filium, inſtituto alio in teſtamēto, & fili⁹ egerit de inofficioſo & obtinuerit per *l. ſi ſuſpecta de inoffic. teſt.* hęres inſtitut⁹ vigore clauſulę codicillaris teſtamēto annexæ poſſit, à reſtituenda hęreditate detrahere legitimā. Et quia pręteritio illa facit teſtamentū nullū per *gl. in auth. ex cauſſ C. de lib. præter.* cōcludit *d. auth.* ꝙ non allegat tamē *dec Surdi 293.* quę hāc exceptionem ponit de MODICO, quod taliter inſtitutus in re modica hanc accipere debeat, licet teſtamentum per præteritionem invalidum ſit, itaq; judicaſſe Senatū Mantuanum refert. Alienari etiam poſſunt res fidei commiſſarię, quę modici ſunt fruct⁹, & parvo

tempore inutiles redduntur. *Roman in l. Marcellus §. res qua n. 7. ff. ad SC. Trebell. Franc. Becc. Conſ. 100. n. 20. Honded. 1. conſ. 58. n. 32* Nec dolus in re modica præſumitur *Bald. in rubr. C de reſcind. vendit.*

56. Dixi ſupra de defectu modico non curando, cui & hoc adjice, quod licet conditio teſtamenti debeat in forma ſpecifica & ſtrictè adimpleri *per l. Mævius de condit. & demonſtrat.* & ita ut nullus defectus appareat *Mantic. de tac. & ambig. convent. l. 14. t. 43. n. 20.* tamen ſi quis juſto errore ductus crediderit ſe perfectè impleviſſe & in modico defecerit, talis modicus defectus nimirum bona fide errantis non impedit implementum conditionis *l. quamvis. de cond. & demonſtr. Rot. Rom. ap. Fabr. Peregr. dec. 155. n. 1. & 2. 3. Mantic. alleg. loc. n. 22.*

57. In modicis quem ſimul & tabellionis & judicis officio fungi poſſe teſtatur *Paul in l. ſi eadem ff. de off. aſſeſſ.*

58. Tutor & curator etiam quis illius eſſe poteſt, cujus creditor vel debitor eſt, ſi debitum ſit modicum contra communem conſtitutionem in *Nov. 72 c 1.* radicatam, *Conrad Rittershuſ. ad Nov. conſt p. 8. c 4. n 3. Wurmſer in nucleo juris controv. l. 1. t. 21. n. 8.* niſi fortasſis lis ſit circa modicum debitum, quo caſu nec debitor nec creditor ad tutelam ſeu curatelam admittendus eſt *Bachov. in not. ad Treutl p. 2 diſput. 9 th. 1. lit. D. & addit.*

d. Wurm-

à Wurmſer d.l. idq; ob hanc rationem, quod periculoſum eſſet illi concredere, adminiſtrationem, cum quo (licet in minimo:) litigandum eſſet. Licet etiam tutor ſuper rebus pupilli, antequam adminiſtrationem aggrediatur, expenſis pupilli & per perſonas publicas inventarium conficere tenentur *l.7. ff. de admin.tut.l.24. C eod l.legitimus ff. de leg. tut.l.fin.§ illo C arbitr.tut.R. Pol.de anno 1548. & 77. ſub tit.* von Vormündern, tamen ubi exigua pupilli bona ſunt, inventarium neceſſarium non eſt, *Carol* von Hagē *in Iurispr. publ l.2. c 4. n.12. p. (m.) 252.* Dicuntur autem non excitant, quæ expenſas in confectionem inventarii facere referre nequeunt *alleg. author d. l.*

59. Nec pro medicello debito arreſtum decernitur, quia tantillum debitum ſuſpicionem non generat, *Bal. ad auth ſed jam neceſſe C. de donat. ant. nupt.* nec pro ejus ſecuritate cautio à debitore extorquenda *Tiraqu. in tr. de judic in reb. exig ferend. n. 34. Sigiſmund. Dürfeld th 50.*

60. Immunitas alicui conceſſa ex quo exercet artem aliquam, ille ea non gaudet, ſi modicam ſuæ ſubſtantiæ partem ponit in illa; modica autem dicitur, quę major pars ſubſtantiæ non eſt: *Vincent. de Franch. deciſ. 175 n. 2.*

61. Nec citra rem eſt, quod dicitur in not. *ad Nov. 105. c. 2. §. 3 lit. g.* quod rerum vi-

 lium

lium cauſſa raro plerumque certetur, nec rerum exiguarum ſeveræ petitiones & attritiones eſſe debent. *Nov. 73. c. 9.* nec in rebus parvæ quantitatis juridicæ ſolennitates ita ſtrictè obſervari debent *Gothofr. in Nov. 73. c. 9 lit. C.* Quod demonſtrabimus exemplo noſtri Statuti Francfurtani, ubi licet ad ſecundas nuptias tranſiens inventarium conficere omniaq; tam defuncti conjugis quam ſua propria bona deſcribere teneatur, tamen in illud inventarium res modicæ conſiderationis (ſub quibus etiam comprehenduntur veſtes:) referri neceſſe non eſt *Reform. Francfurt. p. 3. t. 4. n. 6.* Et modicum in ordine Camerali ſperni vidémus, Procuratores enim Cameræ, licet commiſſariorum munere fungi non debeant, niſi ex ſingulari Judicis & Aſſeſſorum conſenſu, illi tamen qui paucas cauſſas habent, Commiſſarii eſſe poſſunt, *Vigel. method. jur. Camer. tit. 20. §. procuratores.*

62. Licet princeps nihil in præjudicium tertii agere poſſit, nec ſuum privilegium ad alienam injuriam porrigere debeat *l. venditor §. 1. ff. commun. præd. l. Lucius ff. de evict. l. impuberi de administr. & peric. tut. l. Imperatores, de reb. author. jud. poſſ. l. prætor ait. §. 10. ne quid in loc. publ. l. incivile quid C. de rei vind. l. authoritatem C. und. vi l. exprimere C. de duob. reis ſtipul. l. quosdam C. de metall. l. 11.* in exiguo tamen privatis præjudicare poteſt

Petr.

Petr Anton.de Petr. de jur. quaſit. per princip. non toll.c.24.n.78 & 240. verſ ſecundo declaratur, Affl.in rubr.conſtit. Frideric. de jur. protim.ſub.n.12. Antō.Teſſaur.deciſ.Pedem.15.n 5. Burſat.conſil 156.n.8. lib.2.

63. In crimine falſi ubi falſum modicum eſt; nec nimium læſa respublica, pœna atrox mitiganda eſt. *Dec in c.de appellat. ext. de appell. & in c.majoribus col.1. de preb.*

64. Et propter furtum modicum pœna ſtrangulationis remittitur furi *Cruſ de indic. del.ſpec.p.2 c.35.n.62.* inprimis ubi perſona eſt illuſtris *Aret.in l.ſi ſervũ §.prætor.de A. v. O. hæred.Tiraqu.tr de jud.in reb.exig.fer.verſ.52.* niſi furtum illud modicũ aliquoties à fure re iteratũ ſit. *P.H.O art.161.162* ſicut & id pro abigeatu habetur, ſi quis ſæpi⁹ unum aut alterum pecus ſurripuerit *l 3. §.2 de abig.* Nec diſpoſitio *l.4.§.1 ff. ad L.Aquil.* quæ furem nocturnum cũ teſtificatione clamoris occidere permittit, in fure qui modicum furatus eſt locum invenit *Bal.in l.1.C. loc.* parcitur n. famę hominis ob rem modicam *l. 8.de in int. reſt.* multo magis vitę *l.38 § ad L.Iul de adult.*

65 Item etiam eſt an quis modicũ ſciat, vel nihil ſciat *Gylm in ſymph.tom 4.p.1.vot.17. n.130* & parvi aliquando æſtimatur, an quis ſciat latinè nec ne *l.fin.de ædil. ed.* & hinc falſa latinitas nõ vitiat baptiſmia, ut ſi quis dixerit baptizo te in nomine patria, & filia & ſpiritua ſancta, *de conſecr.diſt.4 c.86.* ſec⁹ tamen eſt in

 reſcri-

reſcripto Papæ, quod falſa latinitas vitiat: *c.11. de reſcript.*

Ex Jure Canonico.

66. Notamus etiam in Jure Canonico modicum non multum curari, ut in diſtractione parvarum terrularum eccleſiæ, quæ intra requiſitam ſolennitatem alienari poſſunt *c terrulas 12. q 2.* ut & Franciſcanis vilia mobilia pietatis intuitu cum ſuperiorum ſuorum licentia alienare licet *c. exiit 3. §. quia vero libros ibi, de vilibus de V. S. in 6.*

67. Et licet dos dilapidante marito cõcredi non debeat, modica tamen dos etiam prodigi tutelæ committenda eſt, *c. 7. §. cum ergo, de donat. int. vir. & uxor.*

68. Licet pro Eccleſiaſticis aliquid pecuniæ ſumere, vel aliqvid aliud in donum accipere, pro maximo & ſymoniaco crimine habeatur, & utriq; tam danti quàm accipienti anathema loco pœnæ ſit, *cauſ 1. qu. 1. c. 12.* ita ut nec pro ordinatione, nec pro uſu pallii, nec pro chartis, nec padtellis, nec pro ſepultura, nec pro chriſmatis, vel oli receptione, nec benedictionibus nubentium aliquid accipere liceat, *c. 1. c. 8. c. 9. de Simon.* Actio tamen ſimoniæ inter Eccleſiaſticos quieſcit, ubi donata modici pretii ſunt, huic non pro ſimoniaco ſed potius pro licito habetur quinq; obolorum pretio (quod modicum eſt) Eccleſiaſtica vendere *c. judices inquit, ibi:*

ibi ſiclu ſ. 1. q. 1. & quid hoc in caſu modicum ſit, id etiam ex qualitate perſonæ accipientis menſurari debet, uti equus Cardinali donatus pro obtinendâ Eccleſiaſtica dignitate, nullam Simoniæ meretur conſiderationem, *c. & ſi quæſtiones 18. de Simon ut & Panorm. in c. tua de Sim.* dicit, quod ex conſuetudine introduci poſſit, quod non nihil tribuatur pro ſpiritualibus, modò pactio abſit *c. ad apoſtolicam, d. t.* Si rem ex inſtrumento pacis Svecico de ann. 1648. conſideramus, ibi ita diſponitur, quod ſive Catholici ſive Auguſtanæ confeſſionis ſubditi nihil omnino (ſub quo etiam comprehendimus modicũ) pro publicis cæmiteriis, vel honore ſepulturæ, præter cujusq; Parochiæ Jura pro demortuis pendi ſolita dare teneantur, *art 5. §. 12. ibi, placuit porrò.*

69. Quia modica peccata præjudicii nullius ſunt, dicitur in jure Canonico quod igne tranſitorio purgentur, & culpæ leves in altero ſeculo poſſint laxari modica autem peccata ſunt otioſus ſermo, immoderatus riſus, & peccatum curæ familiaris *diſt. 25. c. 4.* quoties aliquis in cibo & potu plus accipit, quam neceſſe eſt quoties plus loquitur quã neceſſe eſt, aut plus tacet quam expedit, quoties pauperes importunè petentes exaſperat, quoties cum ſit ſanus corpore, aliis jejunantibus prandere voluerit, aut ſomno deditus tardius ad eccleſiam ſurgit, quoties excepto

deſiderio filiorum uxorem ſuam cognoverit, quoties in carcere clauſos aut in vinculis poſitos tardius requiſierit, quoties infirmos tardius viſitaverit; ſi diſcordes ad concordiā revocare neglexerit ſi plus aut proximū aut uxorem aut filium aut ſervum exaſperaverit quam oportet, ſi amplius fuerit blanditus quā expedit, ſi cuicunq; majori perſonæ aut ex voluntate aut ex neceſſitate adulari voluerit, ſi pauperibus eſurientib⁹ nimium delicioſa vel ſumptuoſa convivia præparaverit, ſi ſe in eccleſia aut extra eccleſiā fabulis otioſis occupaverit, ſi incautè juraverit & hoc per neceſſitatem implere non poterit *d. diſt. 25. c. 3. ibi, illo enim tranſitorio*.

70. Ubi quis eccleſiam dotavit, jus patronat⁹ acquirit *cauſ. 16. c. filiis 31 q. 7.* niſi modica ſit Eccleſiæ dotatio *Abb. conſ. 106. lib. 2.*

71. Eccleſia ubi vulnera hominum perpetrata ſunt per aquam cum vino & cinere benedictā reconciliari debet. *c. propoſuiſti 4. de conſecr. eccl.* ob modicam tamen ſanguinis effuſionē id non fit *Abb. d. c. propoſuiſti 2. notab. de conſecr eccleſ. Domin. cap. un. cod tit. in 6*, minimum autē hic intelligim⁹, ſi ſanguinis duæ aut tres guttæ effuſæ ſunt, *Anton. Cucchuſ. in inſtit. jur. Canon. l. 2. t. 13. §. eccleſiis Deo.*

72. Qui in Clericum etiamſi volentem manus injicit, excommunicationis pœnam incurrit *c. contingit 36. de ſent. excommun.* leviter tamen percutiens Clericum, facile ab

Epiſco-

Epiſcopo abſolvi poteſt *c. pervenit eod. tit.*

Ex Jure feudali.

73. Licet fœmina à ſucceſſione feudi regulariter excludatur, hoc autem notandum & ibi *Dd. de his qui feud. dare poſſ c.1.§. filia de ſucceſſ. feud.* attamen ad minima feuda fœminæ etiam admittuntur licet in pacto non comprehenſæ, *Ludov. Schrader de feud. p.10. ſect.7.n.72.* qui ibi allegat *Roman. conſil. 267.n.12. verſic. fallit tertio & ibi Horatius, Mandoſ. in addit Corn. conſ.16. num.9. verſ tertius autem l.1. Barbat. in tr. de præſtant. Cardin. qu.5. in fin. Prapoſ c.1.* §. & quia vidimus *col. 17. verſic. ſeptimo fallit, de his qui feud. dar. poſſ. & alios quos d.l. apud Schrad. vide.*

74. Pro modico feudo Vaſallus non tenetur præſtare juramentum fidelitatis domino *c. inveſtitura §. nulli autem ubi Affl. n.5. per quos fiat inveſt. & in c.1 §. ſed quia qua ſit prim. cauſſ. ben amitt. n.35.* quod tamen *Roſenthal.* negat contrarium defendendo, *de feudis c.6. concl.32, n.3.* quid vero modicum ſit feudum, id ſupra declaravimus, & id à nonnullis dicitur modicum quod eſt reditus unius unciæ *Roſenthal. d l. n.6. lit. E.*

75. Et licet Vaſallus privetur feudo, ſi illud deterioraverit, tamen id procedit ſi deterioratio non ſit exigua ſed notabilis, *Iac. de ſanct. Georg. in inveſtitura ſua in verb. dictique*

vaſalli promiſerunt non conj. fel. *in 12. cauſa privationis Rol. à Valle conſ. 1. vol. 3. n.* 103, quia modica regulariter cenſentur excepta *c. terrulas §. poſſunt 12. quaſt. 2.*

76. Nec feudum ob parvam ingratitudinem amittitur *Bald. c. 1. §. de illa tamen in quib. cauſ. feud. amitt. Afflict. c. 1. de controv. inveſtit.* illa autem ingratitudo parva appellatur, quæ in jure feudali *lib. 1. tit. 5. tit. 13. tit. 17. t. 21. tit. 22. lib. 2. tit. 23. & 24. 47.* Inter cauſſas amiſſionis nō numeratur, nec illis cauſſis in jure feudali expreſſis major vel ſimilis habetur *2. F. 24. §. 2. ibi, ſed quia natura*; ut ſi famulæ domini ſtuprum inferatur aut dominus non alatur *Roſenthal. de feud. c. 10. concl. 34. n. 51.* vel domino pecuniam dare vel mutuare renuat *2. F. 26. c. 5. §. licet vaſallus* vel fratrem domini interfecit *2. F. 37.* & quæ ſunt alia judicis arbitrio relinquenda, hinc nec ille qui levi injuria verbali dominum afficit, feudo privatur *Roſenthal. de tr. c. 10. concl. 34. n. 52.* nec rem parvam domino furans feudo exuitur, non tamen deprædans qui etiam ob deprædationem rei modicæ feloniam commiſiſſe cenſetur *Ludolph. Schrad. in tr. de feud. p. 9. part. 1. c. 8. n. 19. d. Roſenthal. d. tr. d. c. cõcl. 35. n. 26.*

77. Item permittitur vaſallo feudum ad modicum tempus locare *c. 1. §. donare, qualit. feud. olim Curt. de feud. 4. part. n. 92.* cum per locationem modici temporis nihil damni inferatur domino *Schrader. de feud. p. 8. c. 1. n. 19.*

niſi

niſi hæc locatio ad modicum tempus fieret potenti, quo caſu etiam ad modicum temp' peracta non valet *Bal & Iaſ. in l. manumiſſiones ff. de Iuſt & Iur. Schrader. d. l.* Ubi etiam nota quod ubi locatio feudi facta ad modicum tempus exſpirat, ſi ante tempus locationis finitum, feudum domino aperiatur, permittitur liberè domino hoc caſu conductorem expellere *Schrader. alleg. loc.* ubi allegat *Gacheran. deciſ. 156.*

78. Licet etiam vaſallo ubi in poſſeſſione feudi eſt, deficiente in probatione domino, juramentum loco defenſionis deferatur *2. F. 33. c. 2.* tamen fallit, ubi poſſeſſio modici temporis eſt, quo caſu vaſallo defenſio non datur, ſed domino defertur , modicum autem tempus hic capitur , quod annum non excedit *1. F. 26, circ. fin.*

De modico tempore & in quibus articulis juris non curetur.

SUMMARIA.

1. *Annus non ad momenta computatur, & in quibus articulis.*
2. *Momentanea non curantur, & in quibus caſibus.*

 3. Spa-

3. *Spatium quatuor aut quinq́ dierum ſiſtenti non nocet.*

4. *Debitum quod præſenti die debetur admitiit moram modici temporis.*

5. *Mora modica non nocet, & quid ſit modica mora.*

6. *Qui fecit aliquid brevi ſpatio, non feciſſe cenſetur.*

7. *Breve temporis ſpatium nullam inter gerendos actus conſtituit differentiam.*

8. *Hora illiusq́ appoſitio in inſtrumento neceſſaria non eſt.*

9. *Modicum in ſtipulatione tempus expreſſum, habetur pro non appoſito.*

10. *Emphyteutæ mora modica in Canone non nocet.*

11. *Momentanea obligationem non inducunt.*

12. *Nec dicitur quid eſſe in domo, quod ibi poſitum eſt ad breve ſpatium.*

13. *Reditus annui ad modicum tempus conſtituti non referuntur inter immobilia.*

14. *Nec ſolutio, nec dominium, nec pretium attenditur, quod durat momento.*

CAP. VI.

1. ANnus ipſe non ad momenta temporũ ſed ad dies numeratur, ita ut anniculꝰ dicatur, q trecenteſimo ſexageſimo quinto die illoq; incipiente non completo natus eſt *l. anniculus* 134. *de V.S.* & dies inceptus habetur pro completo, in his, quæ favorem reſpiciunt ut in uſucapionibus *l. & ideo ff. de uſucap.* in teſtamentis *l. qua ætate ff. de teſtam.* & libertatibus *Alciat. in l. anniculus* 134. *de V. S.* ut & in muneribus municipalibus *l. ad rempublicam ff. ad municipal.* Et q hic ſingulariter notandum, quod ubi lex duorum menſium mentionẽ facit, etiam ille qui ſexageſimo & primo die venit, audiendꝰ ſit *l. ubi lex* 101. *ff. de reg. jur.* cum unum adjectum ſit ſatis modicũ, alias duo menſes ubi illos ſtrictè capere velis ſexaginta dies continẽt *l. fin. §. 1. verb. ſexaginta C. de jur. de l.* cum quilibet menſis nõ niſi ex tri-

triginta diebus conſtituatur *Anton. de Butr. in c. licet, de ſuppl. negl. prælat. gloſſ. Gothofr. in l. ne exactorum 9. C. de exaction trib. lib. 10 lit. A.* & hinc ex benignitate unum diem adjectum, & ſolum de materia favorabili intelligendũ eſſe cenſet *Decius in ff de R. I. d. l. 101. n. 3.*

2. Momentanea id eſt quæ momento durant, ob modicitatem temporis ſæpius in nulla ſunt conſideratione, ut *in l. ſi quis ita legaverit dum uxor, de condit. & demonſtr.* ubi talis proponitur facti ſpecies, legavit quis uxori ſuæ, tali conditione, dum cum filio erit, niſi illa conſilium habuerit ſecum retinendi filios; ſed tantum per momentum illos ſecum habuit conditio impleta non cenſetur, idq; ex ratione in lege dicta aſſignata, quia non omne momentum exigendum eſt. Nec momentanea rei mutatio primam rei naturam immutat *l. ex facto §. rerum ff. de hær. inſt. Baptiſt. Nicol. in reg. jur. civ. & Pontif. in voc. Momentum.* Nec ex momentis temporum pretia rerum conſtituuntur *l. pretia rerum ff. ad L. Falcid.* Sic & quando quis pecuniam mutuam dedit ſine ſtipulatione & ex continenti fecit ſtipulationem, unus contractus eſt, & ſic momentum non curatur *l. 6. §. 1. de novat. & deleg.* ſic nec uſusfructus cenſetur, qui momentaneus eſt *d. l. fin. §. fin. C. de bon. quæ liberis Cujac. c. 1. de præſcript. l. 127. de R. I.* nec momentanea acquiſitio filii familias prodeſt patri in acquiſitione uſusfructus;

Bal c.cum cauſſa de ſentent. & re jud. Dd. com. ad l. fin. §. fin. C. de bon qua liber. Baptiſt Nicolai in reg jur. civ & Pontific. in voc. momentnne.

3. Spacium quatuor aut 5. dierum, quod in jure modicum eſt, non obeſt illi qui ſecum poſtea agendi poteſtatem fecit *l 8. ſi quis cautien*, & modici temporis præſentia habetur pro abſentia *l. 15 §. fin ex quib. cauſſ. major.*

4. Sic etiam debitum quod præſenti die debetur, admittit moram modici temporis *l. 21. de judic.*

5. Et licet mora plerunq; moroſo noceat, & in illum omne periculum transfundat *l. 23, l. 24. de V. O. l. promiſſor. d. conſt. pecun. l. cum ſervus 39. §. 1 de legat. 1. Arum. de mor c 8. n. 1.* mora tamen modici temporis non nocet *l. 3 ff. de repud.* cum in illa leviſſimum damnum verſetur *l ſi debitori ff de judic* ſicut & exiguum tempus debitoribus concedendum eſt *l 1. § 8. ad L. Falcid. l 73. l. 135. § 2. de V. O. l. 105. de Solut.* quomodo autem illud modicum tempus intelligendum ſit, vide *Gothofr. in not. ad d. l.* 105. nec paucorum dierum mora aliquid ex obligatione minuit *l. 24. §. 4 ff loc conduct.* ut & quando mora rei in exigui temporis moram redundat non curatur, nec deſuper in contumaciam contra talem moroſum procedi poteſt *Thoming. decisſ. 24. n. 9. Hieron Gabr conſ. 69. n. 45. cent. 3. Bacian. conſ. 145. n. 57. Aldovin, Aldovini conſ. 19. n. 71, Azeved l. 4 conſt. regn. t. 4. l. 1 n. 17.*

Klock,

Klock.tom.3.conſ.88.n.198.199. nec modica mora recipienti bannitum nocumento eſſe debet *Reifenberg in method.jur. Camer.p.261.*

Ubi reus poſt triduum (quod in purgatione moræ pro modico tempore computatur) ſtatim comparuit, eo ipſo purgata eſt *Deciſ.Rot Rom.noviter noviſſim Farinac deciſ. 815.Klock.tom.3. conſ.88. n.201.*

6. Ille qui portavit arma per viam publicam brevi ſpatio temporis, portaſſe verè arma cenſeri non debet, cum nec veniſſe dicatur qui non ſtetit uti dicit *Burſat.lib.2.conſ. 141.n.16 arg.not.in l qui ante calēdas ff.de V.O. l.cum de lanionis §.Sabinus,de fund.inſtr.* Momentanea enim quæ brevi ſpatio expediuntur, in materia pænali non conſiderantur, *Marſil conſ 136.n.13.cum ſeq vol.2.* nec Vaſall⁹ qui brevi ſpatio temporis dominum in prælio deſeruit, illum quoad amittendũ feudum deſeruiſſe cenſetur, ubi ſtatim rediit, *Schrad. de feud.part.10.ſect.7.n.74. & Matth.de afflict. c.1 in pr quib.mod.feud.amitt.* Nec eſt in loco, quod ibi eſt per momentum vel per tranſitum, & hinc advena ſtatim receſſurus cum aliquo contrahens nõ poteſt ibi ubi per modicum tempus fuit ratione contractus conveniri *Bar.in l.hæres § 2.ff de judic & l. fin. C. ubi in rem act. Abb.c.fin. col. 10. de for. compet.* Nec ſtatutum prohibens pannos forenſes in civitatem inferre, intelligit illos qui cum pannis forenſibus intrant, non ut ibi perma-

ne-

neant, ſed ut ſolum tranſeant *Paul in l. cætera §. ſed & ſi quis ff. de leg.* 1. *Alex. conſ. 84. vol. 4.* Nec ille fugere dicitur qui brevi reverſurus fugit *Bal. l. l.* 1. *col. 8.* C. *de ſerv. fugit. c. vulgaris §. divortium de pœnit. diſt.* 1. *Baptiſt. Nicol. in reg. jur. civil & Pontif. in voc. Momentum.* nec mulier divertiſſe vide quæ brevi reverſa eſt *l. 3. de repud.* nec ſuffici aliquid eſſe factum, niſi duret factum per *l. 2. §. fin. ex quib. cauſ. major. l. ſi pro parte §. verſum ff. de in rem verſ.* nec dicitur verſum, quod brevi dilabitur per *l. prætor. §. hoc autem ff. de oper. nov. nunciat. l. 1. §. Divus ff. de var. & extraord. cogn.* nec affinitas quæ brevi ſpatio temporis duravit, pro affinitate habetur *Bar. in l. cui §. affinitatis ff. de poſtul.*

Is præſumitur inimicus meus, qui cum inimico meo converſatur *Bal. Salic. & Iaſ. in l. liberi* C. *de inoff. teſtam. Dec. in tr. crim. c. 25. n. 68.* item, *quando ſimul cohabitant Abb. & Felin. in c. repellantur n. 2. de accuſ.* quod tamen in converſatione aut cohabitatione modici temporis, hoc eſt, duorum menſium non procedit, *Felin. d. l.* quod tamen *Menoch.* judicis relinquit judicio, *de præſumpt. l. 5 præſ. 43. n. 13. 14. & 15.* Nec amicus meus eſt, qui parvo tempore talis fuit, cum hæc levis ſit amicitia, amici autem levi amicitia conjuncti veri amici non ſunt, ſed illi, quibus

fue-

ſuerunt jura cum patrefamilias honeſtis familiaritatis quæſita rationibus *l. lata culpa* §. *1. ff. de V.S.* & hinc præſumptio illa donationis, quod nimirum ubi amicus ſumptus pro amico fecit, donaſſe illos præſumatur, per *Bart in l. 2. C. de neg. geſt. arg. l. nemo dubitat* §. *qui frater ff. de hæred. inſtit.* in levi amicitia conjunctis locum non habet *Mantic. de ambig. convent. tom 2. l. 13 tit. 20 n. 2. 3. 4. & ſeqq.*
7. Nec breve temporis ſpatium ullam inter gerendos actus conſtituit differentiam, cum inſtrumentum liquidum, & brevi liquidandum paria ſint, *Capicius deciſ. Neapol. 48. n. 2.* & quos allegat *Nicol. Thuldan. in vocab. inſtrumentum, Surſat. conſ. 182. ſub num. 36. Vivius deciſ. 34 n. 26. Oſaſc. deciſ. 92. n 36 Bart. m. l in compenſatione in fin de compenſ. & in l. aufertur* §. *qui compenſationem n. 1. ff. de jur. fiſc. Alex conſ 166. n 6. lib. 2. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. caſ. 14.* nec importat an quid fiat in actu ſive in continenti poſt actum, *gl. in l. Pomponius* §. *rati ff. de procur. Ioh de Imola in l. ex conſenſu* § *fin. in 25 columna ff. de appell Innocent. in c paſtoralis, de except. Bartol. ait in l. ſi quis mihi bona* §. *juſſum. de A. hæred.* quod quamvis authoritas curatoris in actu pupilli debeat intervenire ante ipſum actum *l. obligari* § *tutor ff. de author. tutor.* tamen ſufficiat ſi illico & incontinenter poſt actum interveniat vide *Nicol. Thuldan. in loc. commun. in voc. incontinenter.* Ut teſtes prius jurent, quam deponant, requirit *Carpzov. Iur. for. Sax. p. 1. conſt.*

conſt.16 def.69.n.7 quodſi tamen prius deponunt,& poſtea in continenti jurant,idem eſt, per *Gail.obſ.100.l.1.ſect.4.n.9.* ſicq; modicum temporis ſpatium non curatur, ſecùs tamen eſt in hoc caſu,quando teſtator ſub conditione reddendarum rationum intra certũ tempus,libertatem legaverit, & ubi legatarius ſtatim & in momento poſt effluxum temp' conditioni ſatisfacere velit,non auditur cum hoc paſſu ea quæ poſt momentum fiunt,non cenſeantur ineſſe *Bapt.Nicol.in alleg.tr.de reg. jur voc.momentum per l. Thais 41.§.intra, ff. fidei comm.libert.*

8. Quia hora modica res eſt, appoſitio horæ in inſtrumento neceſſaria non eſt,hora enim in inſtrumento deſcribi non ſolet *gl.in c duobus in verbo appareat, de reſcript. & in c.ſi à ſede de præbend.lib.6.* Hinc licet quis ex inſtrumento probare poſſit, quòd ille hora prior ſit, illaq; hora expreſsè inſtrumento inſerta ſit, exinde nullam acquirit prioritatem *Mantic.de ambig.convent lib.11.t.22.n.13.* licet contrarium teneat *Arnold. de Reyger in ſuo theſauro in voc.hora,* ubi horam dicit eſſe maximæ importantiæ in inſtrumentis, reſcriptis,collationibus beneficiorum & aliis *Hippol.de Marſil.in ſingul.ſuo 319. incipit hora, per gl. in l.in operis ff.locat.l ſi ex pluribus,§.fin. ff.de ſolut.c.ſi à ſede.de præbend.in 6.* dicit etiã *d. Reyger d l.* quod hora neceſſario in inſtrumento ratione tollendæ dubitationis poni debeat *Bal.in l.cum proponas C. de interd. ma-*

trim

trim. & *Bartol in l. ſi vitam § ſi is qui ff. quod vi aut clam* aſſerit, quod ſi citatur quis una hora, & actus fiat in alia non valeat actus tanquam parte non citata factus, *Bartol. in l. ſi finita § Iulianus ff. de damn. infect.* Diximus, quod horæ appoſitio in inſtrumentis neceſſaria non ſit, quod tamen limitabis eo caſu, quo de nocte inſtrumentum vel teſtamentum conficitur, tunc enim hora deſcribi ſolet per *Cardin. Mant. de ambig. convent. l. 11. t. 22. n. 14. Tiber. Decian. conſ. 65. licet autem n. 21. verſ. & ad tollendam vol.* 2. ut & in collatione beneficiorum *Ioſeph. Ludovic. deciſ. 116. n. 6. verſ. imo etiam part. 2.* Socin Iun *l. 1. n. 53 ff. ſol. matrim.* tamen non in omnibus actibus nocturnis extra dictos caſus hora certa apponenda eſt per *Polyd Rip de noctu̅rn temp. c. 161. per tot.* An in citatione certa hora ſit apponenda, quærit *Vmmius de proceſſ. judic. diſp. de citat. direct. 5. th. 10 n. 54.* & negat cum Maranta de *citat. n. 66.* adeoque expreſſionem dici pro ſufficienti judicat.

9. Si in ſtipulatione tempus ita breve & modicum præfigatur, ut impoſſibile ſit, juxta illud præſtari promiſſum, habetur pro non appoſito & vitiatur ſtipulatio *l. arbitraria 2. §. qui ita ſtipulatus ff de eo quod cert loc. Raph. de turr. de camb diſp 1. qu. 8. n 15.*

10. *Emphyteuta* per modicum tempus poſt biennium in ſolutione canonis ceſſans,

non

non cadit emphyteuſi, *c. potuit, de locat. Bald. auth. qui rem* C. *de ſacroſ. Eccleſ.*

11. Nec momentanea obligationem inducunt *Baptiſt. Nicol. in tr. de reg. jur. in voc. momentum per l. 5. § fin. de V. O. l. cedere diem ff. de V. S.*

12. Nec dicitur in domo eſſe, quod ibi poſitum eſt ad breve ſpatium, & hinc ſub legato omnium rerum quæ in domo mea ſunt, illa non comprehenduntur quæ mercis cauſſa h. e. ad tempus ibi ſunt *l. generali 32. § uxori & ibi Gothofr. de uſufr. legat.* & quod res mobiles exiſtentes in domo non ut ibi ſint perpetuo, ſed huc & illuc transferantur, non veniant ſub legato rerum domi exiſtentium tenet cum *Purpur. conſ. 301. n. 1. Cardin. Mantic. de conjectur. ultim. voluntat. l. 9. t. 2. n. 47. circ. fin.*

13. Licet ædium illa eſſe dicantur, quæ affixa ſunt ædibus per *l. fundi 17. de act. empt.* illa tamen quæ non perpetui uſus gratia ſed ad tempus affixa ſunt ædium non ſunt, adeoque nec ſub alienatione ædium nec ſub legato comprehenduntur *d. l. 17. § 7. d. t.* quæ enim alicubi ſunt ad tempus, non videntur ibi eſſe *l. quæſitum 78. in fin. l. ſi ita 86. ff. de leg. 3 & l. 32. de pign. Alex. in l. cætera §. hoc ſenatus ff. de leg. 1.*

14. Licet annui reditus inter immobilia referantur *Method. jur. Roman. Vi-*

gel.

gel l. 3. c. 16. reg. 11. ſecus tamen eſt in reditibus ad modicum tempus conſtitutis, qui potius mobilibus quam immobilibus annumerantur *Geil. pract. obſervat. l. 2 obſ. 10 in princ. Metod. obſerv. Camer. Vigel. l. 2. c 11 in princ.* & modicum tempus hoc in paſſu *Geilius d. l. n. 2.* ita capit, quod eſt minus decem annis

15. nec ſolutio, quæ ex pacto durat momentum unum, parit liberationem *l qui ſic ff. de ſolut* nec videtur tranſlatum dominium quod momento durat *l. fin. § fin C. de bon. quæ liber* nec pretium, qvod durat momento temporis, attenditur, ut ſi quis aliquam rem tot denarios valuiſſe probare velit, non ſufficiat, ſi probet rem tanti valuiſſe uno die, ſed requiratur, ut demonſtret, pluribus dieb⁹ rem tanti æſtimatam eſſe *l. pretia §. fin. ff. ad Leg. Falcid. Tiraquell. de judic in reb. exig. ferend. p. (m.) 81. ibi, decimo ſexto.*

Ratio generalis quare modicum non curetur.

SUMMARIA.

1. *Virtus actuum humanorum in modicis non conſiſtit.*
2. *Modicum & nihil æquiparantur quod illuſtratur modico ſumptu fune-*

funerario, modica ebrietate, & deinde modica diſtantia liberatione à carcere.

3. *Multa modica curantur.*

4. *Ius divinum modicum non curat.*

Cap. VII.

1. Modica regulariter negliguntur cum virtus actuum humanorum in modicis non conſiſtat, *Bald l. 1. de ſtat. hom. Butrius in c. ex literis de fid. inſtrum.* & ita ſentiunt communiter. *Ripa tr de peſte p 3. n 301. Alex. rub. ff. ſol. matrim. n. 3 Iac. Butr. l ſi poſt ff. commod. Soc. Iun. l. ſtipulatio n. 23. d. V. O. Barb. l. quemadmodum C. de agricol. lib 11. Bartol. l. 2. §. prius ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Alex. l. fin. in pr. n 10. C. de jur. deliber. Ioh. Hannibal in l. nemo poteſt n. 490 ff. de legat. 1. Roveſtrunck de jud. eq. l. 1. c. 2. n. 62. 63.*

2. Fundatur communis hæc opinio in hac ratione quod modicum & nihil æquiparentur, & quod de hoc idem de illo concipiatur judicium *Nov. 105. c 2. § 3 ibi, aut nihil aut minus c. ad diſſolvendum, de ſponſal. impub. c. licet cauſſam de probat c cum te de ſent. & re jud. gl in l. ult. C. ad L. Fab. de plag. Anton. Bull. conſ. 2. p. 154. Manzius in patroc. debit. de pau-*

per. decad. 1. q. 2. n. 14. Ioh. Baptiſt. Aſin in prax. jud. §. 7. p. 104. Rol. à *Valle conſ. 24. n. 29. lib. 3. Ioſeph. Ludov. concl. 35. n. 7. Rütger. Rul. de commiſſ. p. 4. lib. 5. c. 10. n. 44. Bart. Kellenbentz de renunc. ſucceſſ. qu. 42. n. 49.* & hinc eſt, quod *l. ſi unquam C. de revoc. donat.* quæ loquitur de revocanda ſive generali ſive ſpeciali donatione ob natos liberos, non habeat locum in parte bonorum modica *Andr. Tiraqu. in d. l. verb. omnia, n. 6. Henric. Bocer. de donat. c. 3. n. 131.* quæ autem hîc modica appelletur portio donationis, id cum *Fachin. controv. jur. civil. l. 3. c. 88. Franc. Balthaſar pr. reſol. 13. t. 1 n. 5. relinquit arbitrio judicis*

5. Quod tamen ad multa modica extendendum non eſt, cum hodie modicum, cras modicum, & perendie modicum faciant unum grande fatis *Albert. Gent. dec. 1. diſput. 2. fol. 37. in fin. edit. Londin.* & quæ non proſunt ſingula, multa juvant *l. excuſantur 2. de excuſ. tutor. Vultej. conſ. Marpurg. 30. n. 68. vol. 3. Everhard. jun. conſ. 41 n. 77. vol. 1. Cardin. Seraphin. deciſ. 1329. n. 12.* ut & minimum quodvis uni additum, vincit alterum *Bar. Bal. in l. ſi duo patroni in pr. per gl. ibi in verbo habiturum ff. de jurejur. Ang. gl. in repet. l. ſciendum col. pen. verſic. deſcendo ad præſumptionem ff. de V. O. Tiraqu. in tr. le mort ſaiſit le vif. p. 6. decl. 5. n. 15,* & additio minoris imperfectionem explet, & quodque per ſe ad nihil conducit, utile reddit. *Nov. Leon.*

m3 ibi additio, cum multa ſimul juncta proſint, quæ ſingula non ſufficiunt *l. ſpadonem* 12. *§. qui jura* 11 *ff. de excuſat.*

Sed de uno modico hic ſolum diſcurſus inſtituitur, quod non attenditur *gl. in l. continuus de V. O. Bald. in auth præterea C. unde vir. & ux. text. in c multa de præb. gl in c. ſup eo, ibi, alias ubi æqualitas eſt, vel modica etiam excellentia deeſt.* & quia modicum pro nullo habetur, ideo dicitur fieri injuria diviti ſi modico ſumptu ſepeliatur *l. 14. §. 10 ff. de relig. & ſumpt. funer. & ibi gloſſ.* Et licet ex communi Doctorum aſſertione ebrietas in delictis excuſet à pœna ordinaria *Andr. Tiraquell. de pœn. temp cauſ 6. n. 1. & ſeqq Hyppolit. de Marſil. in l. 1. n. 63 ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. Marc. Anton. Blanc. in pract. crimin. §. ebrius n. 9. & ſeqq.* id tamen in ebrietate modica locum nō habet, *Bened. Carpz. p. 4. conſt. 12. def. 10. n. 4.* illa autem ebrietas modica dicitur, in qua integritas ſenſuum atq; rationis deprehenditur *Nicol. Reuſner. l. 2. deciſ. 14. n. 30. Angel. de Malefic. & ibi Auguſtin addit. in verb. ſcienter & doloſè n. 17. cauſ. 15. q 1. c. ſane & c. inebriaverunt Theſaur. Reyger in voc. Ebrietas.* Licet etiam ille carcere liberatus dicatur, qui extra vincula eſt, ibi tamen per modicum ſpatium ſive modicam diſtantiam relaxatur de carceribus, adhuc incarceratus dicitur *Hyppolit. de Marſ. § attingam n. 24.* ita ut appareat modicum fere pro nullo haberi.

4. Videmus etiam ex jure divino ex eadem ratione non multum curari modicum, inprimis *Levit.c.19.* ubi præcipitur, ut ſi quis meſſuerit ſegetes terræ ſuæ, non uſq; ad ſolam ſuperficiem terræ tondere, nec remanentes ſpicas (quia modici pretii ſunt) colligere, neq; in vinea ſua racemos & grana decideutia congregare, ſed pauperibus & peregrinis capienda dimittere debeat.

Fallentiæ dictæ regulæ & in quibus modicum curatur,

juxta varias juris materias.

SUMMARIA.

1. *Modicum curatur in læſione dotis.*
2. *Marito ubi dos legata modica eſt, in reſiduum datur actio funeraria.*
3. *Ob nummum Venditori datur retentio.*
4. *Quomodo nummus veniat in cōſiderationem.*
5. *Satisdatio ob modicam ſubſtantiam pupilli à tutore requiritur, ubi tutor vilis perſona eſt.*

6. Mo-

6. *Modica pecunia etiam à tutore exigi poteſt.*

7. *Etiam quis minimam rem poſſidens ex teſtamento tenetur.*

8. *Legatarius propter minimum legatum in poſſeſſionem hæreditatis mitti poteſt.*

9. *Ob modicam portionem locus eſt edicto de conjungendis.*

10. *Si modicum pro impubere facit, dabitur illi Carbonianum edictũ.*

11. *Bonorum poſſeſſio contra tabulas etiam contra modicam hæreditatem locum habet.*

12. *Ob modicum debitum datur Creditori diſtractio rei pignoratæ.*

13. *Actio de damno infecto in minimo locum habet.*

14. *Apprehendens minimam partem juriſdictionis totum apprehendiſſe cenſetur.*

15. *Pro modico datur actio furti.*
16. *Vt & Sacrilegii.*
17. *Modicum lumen in Servitutibus etiam conſideratur.*
18. *Pro minimo gravamine appellari poteſt.*
19. *Minima Circumſtantia variat jus.*
20. *Modicus defectus ſemiplenam probationem unius teſtis impedit.*
21. *Minimum verbum in quacunq; diſpoſitione poſitum aliquid operatur.*
22. *Multum aliquando verſatur in Syllaba.*
23. *Quinq; pedum admittitur petitio.*
24. *Inſtitutus in uncia non poteſt impugnare teſtamentum.*
25. *Minimarum rerum aliquando habe-*

habetur ratio in jure, ut in ſterco-re, ſterquilinio, & aliis vilidenſibus.

26. *Minima regulariter conſiderantur in his quæ jure communi permittuntur.*

27. *An modicum in formalibus conſideretur.*

28. *Recenſentur varii authores.*

29. *Appellatio ſit in modicis.*

30. *Decimæ ex minutis præſtantur.*

31. *Duæ etiam modicæ præbendæ non poſſunt poſſideri.*

32. *Modici præjudicii quamvis quid ſit, tamen curatur, ut fines diœceſum.*

33. *Vaſallus etiam in cauſa modica non poteſt dominum accuſare.*

34. *Poteſt agi ad mandata pignorationum in cauſſis etiam modicis.*

Cap. VIII.

1. CUm nulla regula tam firma ſit, quæ non ſuam patiatur exceptionem, etiam ſupra data regula de modico illiusq; regulari neglectu in ſequentibus fallit, & quidem 1. In cauſa dotis emendatur læſio, nec curatur an modica an magna ſit, ut & in æſtimatione rerum dotalium nec modica ferenda eſt læſio, idq; ob favorem dotis, idq; non ſolum locum habet in minoribus per *l. unic. C. ſi advérſ. dot. l. ſi ex cauſſa 10. §. 1 ff. de minor.* verum & in majoribus 25. annis *l. jure ſuccurſum in fin. de jur. dot l ſi res 13. §. 1. eod.* Et quod modica læſio in dote & illius æſtimatione in omnibus & ubi vis curetur, ſentiunt *Bal in d l ſuccurſum d.* §. ubi dicit nullam omnino læſionem eſſe ferendam in dote, *Imola in c. cum dilecti n 16. de empt. & vendit.* & quam ſequitur *Pinell ad l. 2. C. de reſcind. vend. c. 1. n. 18.* relatis *Anton. Burge, in c, cum cauſam n. 48. de empt. & vendit. Novell. de dote 7. par privileg. 35. Baptiſt. à S. Bla privil. 18. Anton. Gom. in l. 50. Tauri n. 44. & Coſtal. in not. ad ff d. l ſuccurſum d.* §. cui opinioni tamen inter alios contradicunt *Roman. in l ſi quis cum aliter n. 20. ff de V. O. Salic. & Angel. in l. ſi circumſcripta C. ſol. matr.* dum tradunt in dote læſionem non niſi dimidiam excedentem emẽdandam eſſe, Ratio vero ſpecialitatis, quare modica læſio in dote emendanda ſit, *à Pinello d.*

*ro d.l n.*16.traditur æqvum & bonum, quod inter conjuges ut plurimum ſpectandum tradit *Abb.in d.l ſi circumſcripta,* & reprehendit *Pinell d l.n.*15.eos, qui hanc ſpecialitatem privilegiis dotis attribuunt,uti facit *Imola in d c.cum dilecti,*idq; ex hac ratione,quod privilegium hic cauſa ſpecialitatis non ſit, cum tam uxori contra virum, quam viro contra uxorem in cauſa dotis ſuccurratur *per l.ſi res § 1.de jur.dot. & l.6.C.ſol.matr.* quod *Pinellus,*Imolam nō animadvertere tradit,*d.l.d.n*

2. Dos quando permodica fuit, & in funus non ſufficit,in ſuperfluum in patrem datur actio funeraria,& ſic hic dos modica non omnimodo habetur pro nulla,uti vulgariter habetur,alias in totum & non in ſuperfluum in patrem daretur actio *l.20.§.1.de relig.*

3. Venditor jure pignoris poteſt retinere rem venditam,donec ſibi ſolvatur integrū pretium *l.Iulianus 13.§.offerri 8.C.de act.empt.* adeo ut etiam pro uno nummo jus retentionis in revendita permittatur *Coler. de proceſſ.exec.p.1.c.2.n 243.* qui ibi allegat *l. qui fundum 75.de contrah.empt.l.fin.verſ.ſed revocatur in dubium C.commod l. hæreditatis 22.ff. de hær.vel act.vend Dec.conſ.232.n.1.2.* & ita ſtatuunt *Ioſeph.Ludov.com.concl.75.n.6.verb. fallit ſecundo, & Carocius deciſ.100.fol.131.*

4. Venit etiam unus nummus in conſiderationem in hoc caſu, ut ſi uſusfructus fundi marito in dotem ſit datus ab extraneo,

facto divortio uſufructus ipſo jure relabe-
retur ad dominum proprietatis, ſed hic re-
medii loco inventum eſt, ut maritus caſu di-
vortii locet vel vendat uſumfructum mulie-
ri uno nummo *l. 66. de jur. dot.* cum tamen
nulla conductio ſit, quæ fit in uno nummo
l. 46. loc. l. 10. §. 2. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. &
nummus vel ſolidus parvæ conſiderationis
ſit, adeoq; eo ludere permiſſum eſt, *l. 1. circ.
fin. C. de aleat.*

5. Si tutor vilis perſona eſt, licet ſit ſub-
ſtantia modico, tamen ad ſatisdationem ob-
ligatur *l. 5. §. 1. de legit. tutel.*

6. Modica pecunia apud tutorem depo-
ſita exigi poteſt & debet *l. 5. de adm. tut.* ſicut
& ille tutor geſſiſſe dicitur, qui quid pupilla-
re, etiam ſi ſit modicum, attigit, *l. 5. §. 1. d. tit.*

7. Ubi quis vel minimam rem omiſſa
teſtamenti cauſa ab inteſtato poſſidet, illis
quibus quid ex judicio defuncti debetur, te-
netur *l. 13. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* ſicut & ille
tenetur petitione hæreditatis, qui rem hære-
ditariam, licet minimam poſſidet, *l. 9. l. 10. de
petit. hared.*

8. Legatarius propter minimam rem lega-
tam in omnia bona hæreditaria mitti poteſt
l. 12. ut in poſſeſſ. legat. quod tamen mutatum
eſt per *Nov. 53. c. 4. §. 1.* ubi diſponitur quod
quis non in omnia bona, ſed pro quantitate
debiti mitti debeat.

9. Ob modicam portionem ad nepotem pertinentem locus eſt, edicto de conjungendis cum emancipato liberis ejus *l.1.§.10. de conjung. cum emancip.*

10. Etſi modicum pro impubere facit, dabitur illi Carbonianum Edictum *l.3.§.4. de Carbon. Edict.*

11. Patronus præteritus â liberto, licet modica ſit hæreditas, poteſt bonorum poſſeſſionem contra tabulas petere *l.30. de bon. libert.*

12. Nec diſtractio rei obligatæ â debitore creditori poteſt impediri, ſi vel modicũ de ſorte vel uſuris in debito perſeveret *l.2.C. de debit. vendit. pign. l.6 C. de diſtr. pign. l.85.§.6. ff. d. V.O.*

13. Actio de damno infecto etiam in minimo damno locum invenit *l.22. de damn. infect.* & ob vitium modicæ portiunculæ in domo, poteſt qvis ex actione damni infecti, in ampliſſimarum ædium poſſeſſionem mitti *l.15.§.13. d.t.*

14. Qui minimam partem meri, aut mixti Imperii, aut Jurisdictionis attingit, in poſſeſſione totius juris eſſe cenſetur, cuj⁹ actum exercuit, *Iaſon. poſt. Cyn & Caſtrenſem in l.3. n.23. ff. de jurisdict.* & apprehenſa poſſeſſione in uno capitulo jurisdictionis, cenſetur apprehenſa poſſesſio in toto & reliquis omnib⁹ capitulis jurisdictionis, *Par. deput. tr. de Synd. ver. jurisdictio c.1.n.4. Chaſſna. in cõſ. Burg. Rubric.1. in pr. n.33. & 112.* & quos allegat *Klock.*

 conſ. 29. q. 2.

q. 2. n. 161. tom. 3. ubi etiam allegat ex *Rota Roman. de reſtit. ſpoliat. deciſ. 14. alias 177. in nov. n. 1.* ꝙ modica reprębendali apprehenſâ tota prębenda apprehenſa cenſeatur *n. 162. & 163.*

15. Pro modica re ut gallina datur actio furti *§. gallinarum Inſt. de R. D. l. 1. § gallinarum de A. R. D.* & Bove ſubrepto non ſolum corium & caro verum & cornua condicuntur *l. ſi ſervus 14. §. 1. de condict. furt.* & ſic minimi hoc in paſſu rationem leges habent *Nevius in ſſ. d. l.* Parva itidem res eſt legumina furari, ex *lege* tamen *Iuſtin. in legibus ruſticis t. 4. l. 8.* ita ſtatuitur, qui tempore meſſis in alienum fundum ingrediuntur, ut faſciculos vel ſpicas aut legumina furentur, plagis affecti veſtib⁹ exuantur, idem eſt uvarum nomine (quod tamen modica res videtur) furti agi poteſt *l. 12. §. fin. de cond furtiv. l. 52. §. 14. de furt.* quod tamen ex *Iuſt. legibus ruſticis t. 4. l. 9.* cum hoc temperamento accipiendum, ut vineas aut hortos ingreſſi ſolùm commeſtionis cauſſâ, modo nihil exportent, extra pœnas ſint, quod coincidit cum lege divina, *Deuteron. c. 23.* ingreſſus vineam proximi tui comede uvas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum.

16. Si quis interdiu modicum aliquid de templo tulit, pœna metalli coercendus, & honeſtiore loco natus, in inſulam deportandus eſt *l. ſacrilegii 6. ad l. Iul. pecul.*

17. Modicum lumen etiam in conſideratio-

rationem venit, ſic hæres poteſt legatarij, cui teſtator uſum fructum ædium legavit, lumina obſcurare, modo modicum lumen relinquat, *l 30 ff. de uſufruct.*

18. Pro minimo gravamine poſſe appellari tradit, *Petr. Gerar. de Petr. Sancta in ſingul. ſuo 19.*

19. Ex variatione neglectu & ſuppoſitione alicujus qualitatis etiam minimæ, facti immutatur figura, *Raph: de turr: de camb: diſp 3. qu. 12. n. 2.* Et ex modica facti mutatione diverſum jus oritur *Mantic. de conſ. ult. volunt. l. 4. t 5 n. 26:* ut & modica & unius circumſtantiæ varietas totum plerumque jus immutat, *l ſi ex plagis §. in clivo ff. ad L. Aquil. Fichard. conſ. lat. 3 n. 3:*

20. Modicus etiam defectus ſemiplenam probationem unius teſtis impedit, ita *Bald. & Alvarot in §. ſacramentum de conſuet. rect feud in uſib feud. Termineus in proceſſ. jurid. c. 36 circ. fin.*

21. Minimum verbum in quacunq; diſpoſitione poſitum intelligitur poſitum cum miniſterio operandi *Hippol de Marſ. in repetit. rubr. C. de prob. n. 118;* Sic vocabulum quid ad modica loca refertur *l. 22 de contr. empt.* cum verborum etiam minimorum interpretatio ea ſit ſumenda, ut nihil fruſtra adjectum cenſeatur, *l. 3. de jure jur. l. 109. de legat. 1. l. 84. § 4. l. 110. ff. eod. l. 25. §. 17. fam. Erc.* & quam diverſis modica illa vocabula **CUM** ac **ET** habe-

 ant

ant operationes, vide *l. 5. de inſtr. vel inſtrum. legat.*

22. Sæpe magna rerum momenta vertuntur in unius Syllabæ inverſione, *Mynſing. de inſtrum. cap. 11. n. 2* ut exemplum eſt in dictione Luithardus & Lotharius *c. inter dilectos x. de inſtrum.* & illud à Carolo V. Imp. ad Philippum ſeniorem Haſſiæ Landgravium in literis expreſſum nimirum: ohne einige Gefängnüß / ſatis docet, quod poſteà ſiſtenti principi vertebatur in ewige / ſicque unius literæ mutatio dictum principem carceri mancipavit.

23. Quinque etiam pedum (quod modicum eſt) admittitur petitio *l. 5. C. fin. regend.*

24. Nec licet teſtamentum impugnare ab inſtituto, ſi vel in uno minimo vel una uncia quoad legitimam inſtitutus ſit. *Donell lib. 19. Cõment. Iur. Civil. c. 4. Sichard. ad l. 6 num. 2. C. de inoffic teſtam.* quod enim deeſt legitimæ, actione in ſupplementum petitur *l. omnimodo 30. C. de inoffic. Teſtam.* vide *Mevium in jus Lubec. part. 2. tit. 1. art. 12. n. 13.*

25. Et quod minimarum rerum maxima aliquando in jure civili habeatur ratio, edocet *tit de fund. inſtr.* ubi etiam plurium inſtrumentorum minimi etiam momenti fit mentio, ſic memorantur plauſtra, quibus ſtercus evehitur, *l. 12. §. 10. d. t.* item perticæ, quibus araneæ deterguntur & ſpongiæ, quibus

colu-

columnæ & pavimenta exterguntur, *d. l. §* *22. d. t.* ſicut & ſtercus, quod tamen minimæ conſiderationis eſt, hoſpiti pro ſolatio relinquendum eſt *l. 12. § ſed etſi pecoris ff. de uſu & habit. l 7. C. de curſ publ. l 12.*

Quid minoris momenti eſt, quam ſterculinum & ſtramentum? quæſtionem tamen inter Doctores movit, an ſub fundo vendito contineatur, nec ne, & tandem poſt várias concertationes meruit Trebatii diſtinctionem, ut ſi quidem ſtercorandi agri cauſſa habeatur, veniat ſub fundo, ſi vendendi, ſecus ſit, & apud venditorem permaneat, *l. 17. §. 2. de action. empt.*

26. Regulariter minima etiam conſiderantur in his quæ jure communi permiſſa ſunt, ſecus ſi jure ſpeciali, juxta *Curt. Iun. in auth. praterea n. 8. C. unde vir & uxor. Iaſon. in auth. qui rem n. 16. C de SS. Ecclеſ. Dec. in l. cum proponas n. 5. C. de pact. Menoch. lib. 2. praeſ. 23. n. 5.*

27. An modicum in ſubſtantialibus & formalibus curetur, vide me ſupra de neglectu modici, & ſi plura deſideras, conſule *Card. Tuſch. pract. concl. tom. 5. lit. M. concluſ. 239 n. 33. & 36. Tiraqu. intr. de judic. in reb. exig. fer. verſ. ſecundo.* Cenſet *Alber. Gentil. de jur. bell. lib. 3. c. 20. circ. fin. Nic Honthem. de art Notar. lib. 1. c. 27. n. 19. Petr. Peck de teſtam. conjug. C. 43. n. 3 Petr. de Salazar. de conſuetud. c. 5. n. 14 & Plin. Iun. lib. 7.* quod eadem ratio idem argumentum eadem juſtitia

in

in magnis & minimis obſervari debeat per *l. in majoribus* C. *de appellat. c.* 11. *de appellat.* quo etiam illud *Publii Mimi* ſpectat, dum dixit, etiam *capillus unus habet ſuam umbram*, quod benè conceſſero, ſi cum vilioribus & depauperatis perſonis agatur, quibus etiam minima magna ſunt *arg. l. illicitas* 6. §. 5 *ibi, lumine unico vel brevi ſupellectili ff. de offic. praſ.* juxta illud *Comici in Aulul.* nam veriſimile non eſt hominem pauperem pauxillum parvi facere. Pauperi enim vitulus eſt caſtrum *Wilh. Centgr. adag* 41.

28. De materiæ hujus declaratione & reſtrictione vide *Andr. Sicul. Barba. in proæm. Clem colum.* 4 *& inſequenti prima lectura, & in* 2. *lectur. colum.* 10 *cum ſequent. & Petr. de Ravenna in ſuo Alphab. lit. R. verſic. res minima, & Pruckmann. conſ.* 26. *n.* 144. *vol.* 1 *Ioh. Garſiam in tr. de expenſis & melior. c.* 12. *n* 17. *Speidel. in not. jur. hiſtor. polit. lit. S. n.* 25. *verb.* ſchlechte geringſchätzige Sachen. Quibus & hoc adhuc adjicimus, quod ſi ſententia plura expectata continens in minimo capitulo ut expenſarum & uſurarum &c. falſa vel nulla ſit, tota ſententia vitietur *Mindan. de contin. cauſſ l.* 3. *c.* 18. *n.* 18. niſi diverſa illa capitata omnino diverſas ſententias faciant, quo caſu ſententia in uno valere & in alio valere non poteſt per *l. quadam mulier* 27. *fam. ercisc & l. fin. Carmelia Pia, ff. de jur. patr.* & idem quod nimirum minimum etiam inutile

tile utile vitiet, in omnibus inviduis procedere ait *Mindan.d.l.n.16.* adeo ut vulgata illa *regula 37.de R.I.in 6.* utile per inutile non vitiari, in illis ſolum locum habeat, quæ commodè ex ſui natura dividi poſſunt, qualia pro exemplis *d.Mindan.* adducit, ut in donatione, quæ ultra quingentos ſolidos ſine inſinuatione in id quod excedit ſolum vitiatur, reliqvo conſiſtente per *l.ſancimus C.de donat.* ut & in uſuris modum excedentibus, quæ legitimis annexis utpote in ſua conſiſtentia manentibus non nocent, ſed quantum excedunt, detrahuntur, *l.placuit 29.ff. de uſur.* item in illo qui plus conſtituit, quam debet, ubi falſum vero debito non detrahitur, *l. hactenꝰ 11.ff.de pecun.conſtit.* & quæ alia pro illuſtratione, de legatis veris & falſis, item de teſtibus, & aliis ſimilibus dictus *Mindan. d. l. n. 1. usq; ad 16.* adducit, quem ut & *Dynum in d. reg.37.de R. I. in 6.* latius hæc perſequentem conſule. Quid de inſtrumento dicendum an & hoc in modico & uno capitulo vitioſum totum reprobetur, & ad hoc *Mindan. d. c. n.29.* poſthabitis illorum diſtinctionibus, qui diſtingvunt an in parte eſſentiali, vel accidētali, vel an inſtrumentū plura habeat diverſa capitula, vel unum ſimpliciter pro affirmativa ſtat, motus exemplo teſtis, qui in uno falſus in totum reprobatur per *c. pura 3. q.9.* eamq; communem dicit cum *Dec. conſ. 105.* Sed melior mihi illorum videtur ſententia,

tentia, qui inter inſtrumentum quod diverſa capitula & illud unum ſolum continet diſtingvunt, ita ut ſi de pluribꝰ cauſſis eædem pactiones initæ ſint, illa tantum quæ ex falſo licet minimo compoſita ſunt, reſcindantur, reliquis capitulis firmis merentibus per *l. ſi de falſis 42. C. de tranſact.* nec minimum falſum totum inſtrumentum vitiare autumo, inprimis cum inſtrumentum divifibile quid ſit, *Sichard. ad l. rationes 6. n. 8. C. de probat.* quod ex ipſius *Mindani* opinione in utili propter inutile non vitiatur. Secus tamen eſt in articulis & poſitionibus, in quibus propter unum falſum totus articulus, & tota poſitio falſare putatur, *Geil. lib. 1. obſ. 82. n. 15.* *vide Mindan. alleg. c n 82.*

Ex Jure Canonico.

29. Appellatio fit in modicis & levioribus, per *c. 11 x de appellat.* quod tamen moderna praxis non admittit, dum ubivis fere gentium certa qvędam determinata eſt ſumma & quidem notabilis, intra quam appellare non licet.

30. Decimæ etiam ex minimis, ut de pullis & ovis debent perſolvi, *Rebuff. h. tr. q. 3 n. 26. Andr. Hiſpan. de decim. §. decimo fui per c. 3. c. 30. x. de decim. c. un. §. inſuper extrav. comm. de decim.* Sic & in Gallia ex conſtitutione Philippi Auguſti ann. 1304.

exiguuntur decimæ de rebus minutis, niſi probari poſſit, quod de his nunquam fuerint exactæ, *Boer. in* §. 12. *de conſu. prad. in conſu. Bitur. Papo in rapſod. arreſt.* 5. *& in poſtrem. part. ſtyl. parl.* Valet etiam conſvetudo in decimis perſonalibus, ut modicum pro his ſolvatur, *Rebuff. de decim q.* 13. *n.* 44.

31. Scimus ex Jure Canonico, quod nullus duas præbendas ſimul poſſidere poſſit *c.* 13. *de prab.* quod extenditur etiam ad duas modicas, niſi per diſpenſationem, in cujus impetratione à nullo beneficium, qvod quis jam poſſidet, ſilentio præteriri debet, ita ut taciturnitas beneficii etiam MODICI vitiet diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum *c.* 21. *de prabend. in* 6. niſi conſtet proviſionem & diſpenſationem factam motu Pontificis proprio *c.* 23. *d. t.* Et ſicut magnæ præbendæ non debent dividi aut permutari, ita etiam minima beneficia nec diviſionem nec permutationem patiuntur *c. majoribus* 8. *ext. de prabend.*

32. Curantur etiam fines diœceſium, cum tamen ſint modici præjudicii *Abb. in c. cum cauſſam, de probat.* quod extendit ad fines territorii, *Hieron. de Monte c.* 99. *n.* 1. & 3.

Ex

Ex Jure Feudali.

33. Vaſallus ubi dominum accuſaverit, vel teſtimonium contra eum reddiderit et jã in cauſſa civili medica, vel criminali, feudo ſuo privatur, 2. *F. 33 c. 1, ibi, ſimiliter*, quamvis ſint, qui cenſent, vaſallum dominum de crimine leviore citra jacturam feudi accuſare poſſe, licet etiam judex graviorem pœnam domino inflixerit ſive dolo ſive culpa, ſive ſeveritate ſua, quos optimè refutat *Roſenthal, de feud. c. 10. concl. 22 n. 41. & lit. uu & xx*, & ex hac potiſſimum ratione, quod etiam per leve crimen dominus aliqua infamia notetur, quod contra fidem vaſalli eſt, utpote qvi jurat, quod domino ſuo neq; conſilio neqve facto nocere vel contumeliam inferre velit, *c. 1. de nov. form. fidel.* & ſic expreſsè concludunt, quod etiam de levi crimine dominum non liceat accuſare, *Schenck. in C. 1. §. ſimiliter num. 1. de conſuet. rect. feud. Pet. de Bella pert. de feud. c. 9 n. 25. & 26.* quod etiam extendim⁹ ad advocationis præſtationem, ut ſi quis in re modica contra dominum advocationem præſtiterit, etiam feudo privari poſſit, cum conſilio nocuerit, quod prohibetur *d. c. 1. de nov form. fidel. f. 2. t. 6 & c 1 de form. fidel.* 2. F. 5. nec movet id, quod traditur in *l qui cum major §. 9. de bon. libert.* ubi dicitur, quod patroni filius advocationem accuſatori liberti præbens, non ſit repellendus, neq; enim advocatus accuſet,

adeoq;

adeoq; ob advocationem non poſſit removeri à bonorum poſſeſſione. quod enim ibi de liberto habetur (licet alias in caſibus obſcuris de liberto ad Vaſallum argumentum duci poſſit) hîc ob caſum in jure feudali nimirum in *d.c.1. de nov. for. fidel.* expreſſum de vaſallo intelligi nequit, & quod diximus de Vaſallo, item intelligendum eſt de domino, ita ut & ſi dominus contra vaſallum in cauſſa modica teſtimonium tulerit, vel illum accuſaverit, etiam ſuo directo dominio vaſallo applicando cadat, ob quas cauſſas enim vaſallus ſuo feudo, ob easdem etiam dominus ſuo directo privatur dominio, *2.F.26.c.5. ibi, domino committente.*

Ex Receſſibus Imperii.

34. Ubi ratione cujuſdam prætenſi juris alicujus ſuſpenſa hedera non ſolum tollatur à pignorante, verum etiam frangatur, licet illa hedera modici ſit pretii, ita ut paucis obolis æſtimetur, tamen ſuper illo damno exiguo mandata pignorationum impetrari poſſunt, *Dep.* 1600. §. auff den Fall.

Decen-

facto divortio uſufructus ipſo jure relabetur ad dominum proprietatis, ſed hic remedii loco inventum eſt, ut maritus caſu divortii locet vel vendat uſumfructum mulieri uno nummo *l. 66. de jur dot.* cum tamen nulla conductio ſit, quæ fit in uno nummo *l. 46. loc. l. 10. §. 2. de acquir. vel amitt. poſſeſs.* & nummus vel ſolidus parvæ conſiderationis ſit, adeòq; eo ludere permiſſum eſt, *l. 1. circ. fin. C. de aleat.*

5. Si tutor vilis perſona eſt, licet ſit ſubſtantia modico, tamen ad ſatisdationem obligatur *l. 5. §. 1. de legit. tutel.*

6. Modica pecunia apud tutorem depoſita exigi poteſt & debet *l. 5. de adm. tut.* ſicut & ille tutor geſſiſſe dicitur, qui quid pupillare, etiam ſi ſit modicum, attigit, *l. 5. § 1. d. tit.*

7. Ubi quis vel minimam rem omiſſa teſtamenti cauſa ab inteſtato poſſidet, illis quibus quid ex judicio defuncti debetur, tenetur *l. 13. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* ſicut & ille tenetur petitione hæreditatis, qui rem hæreditariam, licet minimam poſſidet, *l. 9. l. 10. de petit. hæred.*

8. Legatarius propter minimam rem legatam in omnia bona hæreditaria mitti poteſt *l. 12. ut in poſſeſſ. legat.* quod tamen mutatum eſt per *Nov. 53. c. 4. §. 1.* ubi diſponitur quod quis non in omnia bona, ſed pro quantitate debiti mitti debeat.

9. Ob modicam portionem ad nepotem pertinentem locus eſt, edicto de conjungendis cum emancipato liberis ejus *l. 1. §. 10. de conjung. cum emancip.*

10. Etſi modicum pro impubere facit, dabitur illi Carbonianum Edictum *l. 3. §. 4. de Carbon. Edict.*

11. Patronus præteritus à liberto, licet modica ſit hæreditas, poteſt bonorum poſſeſſionem contra tabulas petere *l. 30. de bon. libert.*

12. Nec diſtractio rei obligatæ à debitore creditori poteſt impediri, ſi vel modicũ de ſorte vel uſuris in debito perſeveret *l. 2. C. de debit. vendit. pign. l. 6. C. de diſtr. pign. l. 85. §. 6. ff. d. V. O.*

13. Actio de damno infecto etiam in minimo damno locum invenit *l. 22. de damn. infect.* & ob vitium modicæ portiunculæ in domo, poteſt qvis ex actione damni infecti, in ampliſſimarum ædium poſſeſſionem mitti *l. 15. §. 13. d. t.*

14. Qui minimam partem meri, aut mixti Imperii, aut Jurisdictionis attingit, in poſſeſſione totius juris eſſe cenſetur, cuj⁹ actum exercuit, *Iaſon. poſt. Cyn. & Caſtrenſem in l. 3. n. 23. ff. de juriſdict.* & apprehenſa poſſeſſione in uno capitulo jurisdictionis, cenſetur apprehenſa poſſeſſio in toto & reliquis omnib⁹ capitulis jurisdictionis, *Par. deput. tr. de Synd. ver. juriſdictio c. 1. n. 4. Chaſſna. in cõſ. Burg. Rubric. 1. in pr. n. 33. & 112.* & quos allegat *Klock.*

q.2.n.161.tom.3. ubi etiam allegat ex *Rota Roman. de reſtit.ſpoliat.deciſ.14.alias 177.in nov. n.1.* ꝙ modica reprębendali apprehensâ tota prębenda apprehenſa cenſeatur *n.162. & 163.*

15. Pro modica re ut gallina datur actio furti §.*gallinarum Inſt.de R.D.l.5.§.gallinarum de A.R.D.* & Bove ſubrepto non ſolum corium & caro verum & cornua condicuntur *l. ſi ſervus 14. §.1. de condict.furt.* & ſic minimi hoc in paſſu rationem leges habent *Nevius in ff.d l.* Parva itidem res eſt legumina furari, ex *lege* tamen *Iuſtin. in legibus ruſticis t. 4. l. 8.* ita ſtatuitur, qui tempore meſſis in alienum fundum ingrediuntur, ut faſciculos vel ſpicas aut legumina furentur, plagis affecti veſtib⁹ exuantur, idem eſt uvarum nomine (quod tamen modica res videtur) furti agi poteſt *l. 12.§.fin. de cond furtiv. l. 52. §.14. de furt.* quod tamen ex *Iuſt. legibus ruſticis t.4.l.9.* cum hoc temperamento accipiendum, ut vineas aut hortos ingreſſi ſolum commeſtionis cauſſa, modo nihil exportent, extra pœnas ſint, quod coincidit cum lege divina, *Deuteron c.23.* ingreſſus vineam proximi tui comede uvas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum.

16. Si quis interdiu modicum aliquid de templo tulit, pœna metalli coercendus, & honeſtiore loco natus, in inſulam deportandus eſt *l.ſacrilegii 6.ad l.Iul.pecul.*

17. Modicum lumen etiam in conſide-

ratio-

rationem venit, ſic hæres poteſt legatarij, cui teſtator uſum fructum ædium legavit, lumina obſcurare, modo modicum lumen relinquat, *l 30 ff. de uſufruct.*

18. Pro minimo gravamine poſſe appellari tradit, *Petr. Gerar. de Petr. Sancta in ſingul. ſuo 19.*

19. Ex variatione neglectu & ſuppoſitione alicujus qualitatis etiam minimæ, facti immutatur figura, *Raph. de turr. de camb. diſſ 3. qu. 12. n. 2.* Et ex modica facti mutatione diverſum jus oritur *Mantic. de conſ. ult. volunt. l. 4. t 5 n. 26.* ut & modica & unius circumſtantiæ varietas totum plerumque jus immutat, *l ſi ex plagis §. in clivo ff. ad L. Aquil. Fichard. conſ. lat. 3 n. 3.*

20. Modicus etiam defectus ſemiplenam probationem unius teſtis impedit, ita *Bald. & Alvarot in §. ſacramentum de conſuet. rect feud in uſib feud. Termineus in proceſſ. jurid. c. 36 circ. fin.*

21. Minimum verbum in quacunq; diſpoſitione poſitum intelligitur poſitum cum miniſterio operandi *Hippol de Marſ. in repetit. rubr. C. de prob. n. 118.* Sic vocabulum quid ad modica loca refertur *l. 22 de contr empt.* cum verborum etiam minimorum interpretatio ea ſit ſumenda, ut nihil fruſtra adjectum cenſeatur, *l. 3. de jure jur. l. 109. de legat. 1. l. 84. § 4. l. 110. ff. eod. l. 25. §. 17. fam Erc.* & quam diverſis modica illa vocabula CUM ac ET habe-

 ant.

ant operationes, vide *l. 5. de inſtr. vel inſtrum. legat.*

22. Sæpe magna rerum momenta vertuntur in unius Syllabæ inverſione, *Mynſing. de inſtrum. cap.* 11. *n.* 2 ut exemplum eſt in dictione Luithardus & Lotharius *c. inter dilectos x. de inſtrum.* & illud à Carolo V. Imp. ad Philippum ſeniorem Haſſiæ Landgravium in literis expreſſum nimirum: ohne einige Gefängnüß/ ſatis docet, quod poſteà ſiſtenti principi vertebatur in ewige/ ſicque unius literæ mutatio dictum principem carceri mancipavit.

23. Quinque etiam pedum (quod modicum eſt) admittitur petitio *l. 5. C. fin. regend.*

24. Nec licet teſtamentum impugnare ab inſtituto, ſi vel in uno minimo vel una uncia quoad legitimam inſtitutus ſit. *Donell lib.* 19. *Cõment. Iur. Civil. c.* 4. *Sichard. ad l.* 6 *num.* 2. *C. de inoffic teſtam.* quod enim deeſt legitimæ, actione in ſupplementum petitur *l. omnimodo* 30. *C. de inoffic. Teſtam.* vide *Mavium in jus Lubec. part.* 2. *tit.* 1. *act.* 12. *n.* 13.

25. Et quod minimarum rerum maxima aliquando in jure civili habeatur ratio, edocet *tit de fund. inſtr.* ubi etiam plurium inſtrumentorum minimi etiam momenti fit mentio, ſic memorantur plauſtra, quibus ſtercus evehitur, *l.* 12. §. 10. *d. t.* item perticæ, quibus araneæ deterguntur & ſpongiæ, quibus

colu-

columnæ & pavimenta extergunturr, *d. l. §. 22. d. t.* ſicut & ſtercus, quod tamen minimæ conſiderationis eſt, hoſpiti pro ſolatio relinquendum eſt *l. 12. § ſed etſi pecoris ff. de uſu & habit. l. 7. C. de curſ. publ. l. 12.*

Quid minoris momenti eſt, quam ſterculinum & ſtramentum ? quæſtionem tamen inter Doctores movit, an ſub fundo vendito contineatur, nec ne, & tandem poſt varias concertationes meruit Trebatii diſtinctionem, ut ſi quidem ſtercorandi agri cauſſa habeatur, veniat ſub fundo, ſi vendendi, ſecus ſit, & apud venditorem permaneat, *l. 17. §. 2. de action. empt.*

26. Regulariter minima etiam conſiderantur in his quæ jure communi permiſſa ſunt, ſecus ſi jure ſpeciali, juxta *Curt. Iun. in auth. præterea n. 8. C. unde vir & uxor. Iaſon. in auth. qui rem n. 16. C de SS. Eccleſ. Dec. in l. cum proponas n. 5. C. de pact. Menoch. lib. 2. præſ. 23. n. 5.*

27. An modicum in ſubſtantialibus & formalibus curetur, vide me ſupra de neglectu modici, & ſi plura deſideras, conſule *Card. Tuſch. pract. concl. tom. 5. lit. M. concluſ. 239. n. 33. & 36. Tiraqu. intr. de judic. in reb. exig. fer. verſ. ſecundo.* Cenſet *Alber. Gentil. de jur. bell. lib. 3. c. 20. circ. fin. Nic. Honthem, de art Notar. lib. 1. c. 27. n. 19. Petr. Peck de teſtam. conjug. C. 43. n. 3. Petr. de Salazar. de conſuetud. c. 5. n. 14. & Plin. Iun. lib. 7.* quod eadem ratio idem argumentum eadem juſtitia

in

in magnis & minimis obſervari debeat per *l. in majoribus* C. *de appellat. c.* 11. *de appellat.* quo etiam illud *Publii Mimi* ſpectat, dum dixit, etiam *capillus unus habet ſuam umbram*, quod benè conceſſero, ſi cum vilioribus & depauperatis perſonis agatur, quibus etiam minima magna ſunt *arg. l. illicitas 6. §. 5 ibi, lumine unico vel brevi ſupellectili ff. de offic. praeſ.* juxta illud Comici in *Aulul.* nam veriſimile non eſt hominem pauperem pauxillum parvi facere. Pauperi enim vitulus eſt caſtrum *Wilh. Centgr. adag.* 41.

28. De materiae hujus declaratione & reſtrictione vide *Andr. Sicul. Barba. in proœm. Clem. colum. 4 & inſequenti prima lectura, & in 2. lectur. colum.* 10 *cum ſequent. & Petr de Ravenna in ſuo Alphab. lit. R. verſic. res minima, & Pruckmann. conſ.* 26. *n.* 144. *vol.* 1. *Joh. Garſiam in tr. de expenſis & melior. c.* 12. *n* 17. *Speidel. in not. jur. hiſtor. polit. lit. S. n.* 25. *verb.* ſchlechte geringſchätzige Sachen. Quibus & hoc adhuc adjicimus, quod ſi ſententia plura expectata continens in minimo capitulo ut expenſarum & uſurarum &c. falſa vel nulla ſit, tota ſententia vitietur *Mindan. de contin. cauſſ. l.* 3. *c.* 18. *n.* 18. niſi diverſa illa capitata omnino diverſas ſententias faciant, quo caſu ſententia in uno valere & in alio valere non poteſt per *l. quadam mulier* 27. *fam. erciſc. & l. fin. Carmelia Pia, ff. de jur. patr.* & idem quod nimirum minimum etiam inutile

tile utile vitiet, in omnibus inviduis procedere ait *Mindan. d. l. n.16*. adeo ut vulgata illa *regula 37. de R. I. in 6*. utile per inutile non vitiari, in illis ſolum locum habeat, quæ commodè ex ſui natura dividi poſſunt, qualia pro exemplis *d. Mindan.* adducit, ut in donatione, quæ ultra quingentos ſolidos ſine inſinuatione in id quod excedit ſolum vitiatur, reliqvo conſiſtente per *l. ſancimus C. de donat.* ut & in uſuris modum excedentibus, quæ legitimis annexis utpote in ſua conſiſtentia manentibus non nocent, ſed quantum excedunt, detrahuntur, *l. placuit 29. ff de uſur.* item in illo qui plus conſtituit, quam debet, ubi falſum vero debito non detrahitur, *l. haſten' 11. ff. de pecun. conſtit.* & quæ alia pro illuſtratione, de legatis veris & falſis, item de teſtibus, & aliis ſimilibus dictus *Mindan. d. l. n. 1. usq; ad 16*. adducit, quem ut & *Dynum in d. reg. 37. de R. I. in 6*. latius hæc perſequentem conſule. Quid de inſtrumento dicendum an & hoc in modico & uno capitulo vitioſum totum reprobetur, & ad hoc *Mindan. d. c. n. 29*. poſthabitis illorum diſtinctionibus, qui diſtingvunt an in parte eſſentiali, vel accidẽtali, vel an inſtrumentũ plura habeat diverſa capitula, vel unum ſimpliciter pro affirmativa ſtat, motus exemplo teſtis, qui in uno falſus in totum reprobatur per *c. pura 3. q. 9.* eamq; communem dicit cum *Dec. conſ. 105*. Sed melior mihi illorum videtur ſententia,

ſentia, qui inter inſtrumentum quod diverſa capitula & illud unum ſolum continet diſtingvunt, ita ut ſi de pluribus cauſſis eædem pactiones initæ ſint, illa tantum quæ ex falſo licet minimo compoſita ſunt, reſcindantur, reliquis capitulis firmis merentibus per *l. ſi de falſis 42. C. de tranſact.* nec minimum falſum totum inſtrumentum vitiare autumo, inprimis cum inſtrumentum diviſibile quid ſit, *Sichard. ad l. rationes 6. n. 8. C. de probat.* quod ex ipſius *Mindani* opinione in utili propter inutile non vitiatur. Secus tamen eſt in articulis & poſitionibus, in quibus propter unum falſum totus articulus, & tota poſitio falſare putatur, *Geil. lib. 1. obſ. 82. n. 15. vide Mindan. alleg. c. n. 32.*

Ex Jure Canonico.

29. Appellatio fit in modicis & levioribus, per *c. 11 x de appellat.* quod tamen moderna praxis non admittit, dum ubivis fere gentium certa quædam determinata eſt ſumma & quidem notabilis, intra quam appellare non licet.

30. Decimæ etiam ex minimis, ut de pullis & ovis debent perſolvi, *Rebuff. h. tr. q. 3 n. 26. Andr. Hiſpan. de decim. §. decimò fuit per c. 3. c. 30. x. de decim. c. un. §. inſuper extravag. comm. de decim.* Sic & in Gallia ex conſtitutione Philippi Auguſti ann. 1304.

ext-

exiguuntur decimæ de rebus minutis, niſi probari poſſit, quod de his nunquam fuerint exactæ, *Boer. in* §. 12. *de conſu. præd. in conſu. Bitur. Papo in rapſod. arreſt.* 5. *& in poſtrem. part. ſtyl. parl.* Valet etiam conſvetudo in decimis perſonalibus, ut modicum pro his ſolvatur, *Rebuff. de decim q.* 13. *n.* 44.

31. Scimus ex Jure Canonico, quod nullus duas præbendas ſimul poſſidere poſſit *c.* 13. *de præb.* quod extenditur etiam ad duas modicas, niſi per diſpenſationem, in cujus impetratione à nullo beneficium, qvod quis jam poſſidet, ſilentio præteriri debet, ita ut taciturnitas beneficii etiam MODICI vitiet diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum *c.* 21. *de præbend. in* 6. niſi conſtet proviſionem & diſpenſationem factam motu Pontificis proprio *c.* 23. *d. t.* Et ſicut magnæ præbendæ non debent dividi aut permutari, ita etiam minima beneficia nec diviſionem nec permutationem patiuntur *c. majoribus* 8. *ext. de præbend.*

32. Curantur etiam fines diœceſum, cum tamen ſint modici præjudicii *Abb. in c. cum cauſſam, de probat.* quod extendit ad fines territorii, *Hieron. de Monte c.* 99. *n.* 1. & 3.

adeoq; ob advocationem non poſſit removeri à bonorum poſſeſſione, quod enim ibi de liberto habetur (licet alias in caſibus obſcuris de liberto ad Vaſallum argumentum duci poſſit) hîc ob caſum in jure feudali nimirum in *d.c.1. de nov. for. fidel.* expreſſum de vaſallo intelligi nequit, & quod diximus de Vaſallo, item intelligendum eſt de domino, ita ut & ſi dominus contra vaſallum in cauſſa modica teſtimonium tulerit, vel illum accuſaverit, etiam ſuo directo dominio vaſallo applicando cadat, ob quas cauſſas enim vaſallus ſuo feudo, ob easdem etiam dominus ſuo directo privatur dominio, *2.F.26.c.5. ibi, domino committente.*

Ex Receſſibus Imperii.

34. Ubi ratione cujuſdam prætenſi juris alicujus ſuſpenſa hedera non ſolum tollatur à pignorante, verum etiam frangatur, licet illa hedera modici ſit pretii, ita ut paucis obolis æſtimetur, tamen ſuper illo damno exiguo mandata pignorationum impetrari poſſunt, *Dep.1600.* §. auff den Fall.

Decen-

Modicum tempus in quibus articulis juris curetur.

SUMMARIA.

1. *De momento ad momentum computatur in temporalibus actionibus.*
2. *Obſervatur momentum in ſtipulationibus.*
3. *Vt & in appellationibus.*
4. *Et reſtitutionibus.*
5. *Etiam in actione publiciana.*
6. *In conditionibus teſtamento appoſitis.*
7. *In matrimonio.*
8. *Conditio temporis momento impleri poteſt, & in quibus non poſſit adimpleri.*
9. *Modicum tempus etiam fœminæ poſt decem menſes injungitur.*
10. *Momentum obſervatur in conditione legitimæ ætatis.*
11. *Vt & in prælatione ex arreſto.*

12. Pri-

12. *Prior quis eſt tempore etiam ratione unius momenti.*
13. *Ius decimandi non poteſt locari laicis ad modicum tempus, ut & locatio potentiori ad modicum tempus fieri prohibetur.*
14. *Modicum tempus quomodo ſingularem in recens conjugatis mereatur conſiderationem.*
15. *Et quid operetur circa collationem ordinum.*

C A P. IX.

1. DE momento ad momentum computatio fit in omnibus temporalibus actionibus, ut ſunt ædilitiæ actiones, redhibitoria, quanti minoris, & ſimiles, in quibus niſi noviſſimus dies compleatur, non finitur obligatio *l. in omnibus 6. de* O. *& A.*

2. In Verborum obligationibus, ut ſi quis ſtipulatus fuerit hoc modo, ſi intra biennium capitolium non aſcenderis, dari, non niſi præterito biennio, ita ut nec momentũ reſtet, recte petam, *l. veluti 17. l. ſtipulationes 72. §. 1. l. quicquid 99. §. 1. & ibi gl. de V. O.*

3. In appellationibus interponendis *l. 1. §. dies 7. §. quid igitur 8. quand. appell*

Decen-

Decendium, intra quod eſt appellandum currit à tempore latæ ſententiæ, de momento ad momentum uti *not. in auth. hodiè* C. *de appellat. gl in verb à die in clem. ſicut. de appellat. Petr Frider. de proceſſ. extrah. c.* 8. *n.* 1. & 2. *Roſbach in pract. civil. tit.* 73. *n.* 24. ita etiàm ut in his momentis feriæ ſolennes includantur *Otto Melander in commentar. Camer. ad Noe Meurers proceſſ p.* 1. §. 15. *pag.* (*m*) 71. ut & tempus introducendæ appellationis, quod ex Jure Camerali fuit ſemeſtre, & hodie ex noviſſimo Receſſu de ann. 1654. quadrimeſtre computandum à die interpoſitæ appellationis, numeratur à momento ad momentum *Mynſing.* 6. *obſ.* 57 & 12. quapropter dies appellationis interpoſitæ non totæ, ſed à puncto ejus horæ in qua appellatio interpoſita eſt, ad punctum extremæ horæ fatalis computatur, *Method. jur. Cam. Nicol. Vigel, tit.* 37. *ibi, quapropter.*

4. Quando tractatur de minoris reſtitutione, tempus ad illius petitionem conceſſū computatur de momento ad momentum, ita ut ſi ultima hora vel momentum tantundem ſuperſit, reſtitutioni adhuc locus relinquatur, *text. in l. denique* 3. §. *minorem* 3. *ff. de minor. ibiq; in* π *Weſenbec. n.* 3. *Roding. in obſ. centur.* 4. *obſerv.* 85. *n.* 2. & 3 *l. fin. C. de temp. in integr. reſtit.*

5. Si quis unico ſaltem momento poſſederit rem, quam à non domino bona fide

emit

emit,ſi ea exciderit,publiciana contra tertium detinentem uti poteſt, per *l. ſed etſi ff. de publ.in rem act.l ſi aliena res ff. de A. Poſſeſſ.*

6. Curatur etiam momentum in conditionib⁹ teſtamenti appoſitis, ut ſi quis legaverit,ſub conditione,ſi conſul factus ſit, aut nuptias contraxerit,etiam ubi momento cõſulatus duravit vel in matrimonio quis per modicum temp⁹ fuerit, legatum debetur ut conditione impleta *l.ſi quis hæredem 7. C. de inſtit. & ſubſt.& ibi Gilkenius*, ratio additur in lege,ne dum nimia utimur ſubtilitate, judicia teſtantium defraudentur, cenſent tamen narrante *Gilkenio d. l.* quidam quod ubi quis non in ſtatu conſulatus perſeveret,non videatur ſatis factum eſſe menti teſtatoris,ſi momento vel paucis diebus quid fiat, & à propoſito quis reſiliat,*arg.l. 3. ff. de divort. l. plerique 33. de rit. nupt. l.debitor* 32. *de pign.* quod tamen ſecus eſſe cenſent in conditione religionis ſuſcipiendæ, & monaſterium ingrediendi,ubi enim ſub conditione cuidam legavit,ſi monaſterium ingrediatur, ubi legatarius monaſterium quidem ingreditur, ſed per modicum tempus in illa verſetur,& ante profeſſionem recedat,conditio non impleta cenſetur juxta *Gilkenium d. l.* ubi dicit illam quęſtionem à *Bartolo* excitatam *d.l.n.3.* ſed indeciſam,ubi tamen *Angl. n.1. Caſtrenſ. n.3. Salic. n. 2. Fulgoſ. n.2.* conſtituunt verba cum effectu & propoſito perſeverandi acci-

pienda eſſe, cum teſtator effectum rei ſpectaverit, *l.* 1. §. *hac autem verba ff. quod quisq; jur* ante profeſſionem vero nemo religioſus vere dicatur, *c,* 1. *de regular. l. 6.* contrarium tenente *Iaſon. hic n.* 12. *&* 13. qui cenſet ſatis eſſe ad implendam conditionem monaſterium ſolùm ingredi, ex ea ratione quod diverſa ſint intrare monaſterium & profiteri, *c. pen. de regul. in 6, verb. religionem ingreditur & profitetur Dec. hic n.* 5. Diſtinguit an quis poſt profeſſionem egrediatur, an intra annũ probationis, ut hic legatum ſalvum habeat, ille vero non: Secus idem eſt in conditione quæ ex ſui natura tractum temporis deſiderat, ut ſi talis conditio aſcribatur in teſtamento ſi uxor mea cum filio morabitur, non ſufficit per momentum cum filio habitaſſe, ſed propoſitum habitandi retinuiſſe per *l. ſi quis ita* 8. *ff. de condit & demonſtr. l. ſi à te* 16. *ff. ſi ſervit. vindicetur, Imol. Caſtr. Alexandr. & Gilken. in d. l.* 7 C, *de inſtit*

Idem in conditione ſi quis filium babuerit, obſervatur, ut ſufficiat quem vel momẽto temporis filium habuiſſe, quamvis diu nõ vixerit. *Gilken in l generaliter n.* 5. *c. de inſtit. arg. l cum uxori C quand. dies legat.* nec obſtat, quod *Albert. de Roſa per l. ex facto § ſed ſi ſuſceperit, ad SC. Trebell. & Alex in l. haredibus* 77. *ff. d. t.* cenſeant, quod ubi talis conditio adjecta eſt, non cenſeatur impleta, niſi filius per longum temp⁹ & quidem patrem ſupervixerit, quod tamen bene dilucidat *Gilkenius d. l.*

qui

qui non inique, ut in contrarium allegatis legibus ſatisfaciat, diſtinguit inter conditionem ſuſcipiendi & educandi filios.

7. In matrimonio, ut ſi quis modico tempore maritus fuerit, pro vero marito cenſetur, adeoq; brevitas temporis non impeditur, quo matrimonium duravit, quo minus alter conjugum alteri legare poſſit, nec legata, vel fidei commiſſa ſeu donationes temporis hujus anguſtia capi prohibet *l. non tantum* 19. *& ibi Narvius & Salic. C. de legat.* nec anguſtiæ temporis aliquid legatis nocent, *l ſi mihi* 12. *de legat.* 1.

8. Et ſic ex *n* 6. *&* 7. hic apparet, quod momentum hanc ſpecialem habeat efficaciam, quod conditio temporis momento impleri poſſit *per l. ſi quis haredē, de inſtit. & ſubſt. l. cum uxori C. quand dies leg ced. l. in ſubſtitutione de vulg. ſubſtit. Crav. conſ.* 478 *n* 6 Ut ſi quis alicui quid legaverit, ſub conditione, ſi liberos habuerit, nato filio ſtatim dies legati cedit, item ſi quis alicui legaverit ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, relictis liberis, ſi unico ſolum momento vixerunt, conditio extitiſſe cenſetur, vel ſi quis aliquem ſub conditione inſtituat in legato, ſi conſul factus fuerit, vel ſi nuptias celebraverit, unico momento utrumque impletum ſtatuit, *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. convent, lib. 14. tit. 44. n. 4. usq; ad* 8. quam tamen regulam, quod nimirum conditio temporis

 mo-

momento impleatur, in ſequentibus limitat *d.author.*ut ſi conditiones non momentaneæ ſed ſucceſſivæ ſint,& quę perſeverantiam deſiderant, quæ perſeverantia deſumitur ex cauſa conditioni appoſita, ut ſi ad cuſtodiam templi aſſiſtant, *l ſervos 17. ff.de alim, & cib. leg.* vel ſi cum filiis meis habitaverint, *l. qui quatuor 30.de legat.* 3, illa non cenſentur momento impleta, ſed habent tractum temporis,quæ momento impleri nequeunt,*l ſi quis ita legaverit,de condit. & demonſtr.* Item ſi legibus ſtuduerit,hæc conditio non impleta eſt, ſi quis unico ſolum momento operam Juriſprudentiæ navaverit, quia illud intelligitur cum tractu ſucceſſivo, nimirum ſi Doctoratus inſignia adeptus fuerit, uti reſpondet,*Dec.conſ.177.ad fin verſ.ex quib.omnib.*& quæ ſunt alia,quæ adducit allegatus *Mantic, alleg. tit.* Ubi etiam facit diſtinctionem incerta quadam conditione à teſtatore poſita, ſi videlicet legatum alicui ſit relictum , ſi in viduitate remanſerit,an hoc cum momento vel cum tractu temporis intelligatur, ita ut ſufficiat aliquam viduam quibuſdam momentis fuiſſe,vel an requiratur perpetua viduitas,ubi talem ponit diſtinctionem , aut legatum relictum eſt à marito uxori, aut à filio matri,aut ab extraneo , ſi à prioribus, quia mater filio & uxor marito per ſecundas nuptias facit injuriam,perpetua cenſetur injuncta viduitas,altero vero caſu ſufficit momentanea,*dict. Mantic. d l. n.8,* 9.Cu-

9. Curatur etiam modicum tempus in eo, quod fœmina poſt decem menſes, quod tempus legitimum generationis eſt, & ſic his finitis viderentur conceſſæ nuptiæ, modicũ aliquod tempus, h. e. duorum menſium adhuc nubere non debeat, *l 2 & ibi gl. Gothofr. C. de ſecund. nupt.*

10. Item ſi alicui legatum ſit, ſi ad legitimæ ætatis tempus pervenerit, momentum curandum & non inceptum, ut in muneribꝰ, ex *l. 8. de mun.* ſed impletum eſſe ſufficit, ita ut non pro impleto habeatur, ſi adhuc momentum ſuperſit, *l. 3. §. 3. de minor. l. 5. qui teſtam. l. 46. de condit. & demonſtr. & l. 74 §. 1. ad Trebell.*

11. Notum eſt, quod ex jure Saxonico arreſto tribuatur jus reale vulgo eine dingliche Gerechtigkeit/cujus tanta vis, ut arreſtatus præferatur omnibꝰ creditoribus, quamcunq; hypothecam habentibus, *Coler. proceſſ. execut. part. 1. c 2. n. 191.* etiam arreſtum poſterius conſecutis, *Carpz. I R. S. conſt. 28. defin. 144* poſterius ante arreſtum ille impetraſſe dicitur, non qui ultimo illud à judice obtinuit, ſed qui tardius illum adiit, licet prius obtinuerit, *Moller. Semeſtr. quæſt. c. 44. n. 16.* in qua præferentia etiam momenta & horarum puncta attendenda, eaq; probanda, *Carpz. d. defin 144.* cum hic in unico momento tota cauſſæ ſalus conſiſtat, *Schütz. vol. 2. Iur. publ. de arreſtis n. 5. lit. B.*

12. Patet ex jure civili, quod prior tempore inter pares potior ſit jure, *l. 2. l. potior l. creditor ff. qui pot. in pign. l. ſi fundum l. diverſis C. eodem*, in qua prioritate etiam quævis hora, & qvodvis momentum conſiderari debet, ita, ut ſicut ſemper allegans prioritatem illam docere debet, *Neguſant de pignor. p. 5. membr. 2. n. 43. & ſeq.* quod quis circa pignus ſolum momento prius quam alter convenerit, prælationem mercatur, *arg. l. Titius 15. §. Lucius Titius 1. ff. de liber & poſthum. Geil. 2. obſerv. 25. n 3. Moller. l. 3. ſemeſtr. c. 44. n. 12 Stracch. de decoctor. par fin. n. 13. Mevius in jus Lubec. tit. 1. art 12. l. 3. n. 56.* cum etiam ratione unius horæ & minimi temporis unum inſtrumentum dicatur altero prius, *gloſ. in l. in operis ff. locat l. ſi ex pluribus ff. de ſolut. Bal. in l. Imperator ff. de ſtat. hom. Neguſ d. l. n. 45. not. in c. paſtoralis, de reſcript. & c. 2 d. confeſſ. Reyger, in theſ. jur. voc. hora* licet hora de neceſſitate non ſoleat deſcribi in inſtrumentis, ſicut ſupra diximus, & per *gl. in c. duobus verb. appareat, de reſcript & in c. ſi à ſede, de prab lib. 6.* tamen ubi appoſita eſt, ex illa judicari prioritas poteſt, *Bal. in l. creditor ff. qui pot. in pign.* Cujus contrarium reſpondit, *Soc. ſen. conſ. 67. n. 4. cum ſeqq lib. 3. & Felin. in c. paſtoralis n. 6. de reſcript.* qui ſtatuunt, quod ex apppoſitione horæ non probetur inſtrumentum prius eſſe con-

ſcri-

ſcriptum, quibus etiam aſtipulantur, *Soc. Iun. in l 1. n. 53 ff. ſol. matrim.* & *Card. Mantic. de ambig. convent. l. 11. t. 22. n. 13.* qui horam expreſſam nullam prioritatem creditori tribuere cenſent, *Dec. in d. c. paſtoralis, col. 3.* ita diſtinguit, aut ille qui habet inſtrumentum eodem die factum poſſidet, & tunc licet alter prioritatem horę probet, non tamen eſt prior, aut neuter poſſidet pignus, & tunc qui certam & priorem horam probat, non immerito alteri præfertur; Sed nos neglectis his ſive diſtinctionibus, ſiue contrariis opinionibus, manemus devincti primæ ſententiæ, quod nimirum probans certam horam ſive etiam momentum prius potior ſit illo qui vel poſterior hora vel momento eſt licet uno eodemq; die pignus conſtitutum ſit, *V. ſupra alleg. Neguſ.* & *Mævium d. l.* In qua prioritate non traditionis ſed conventionis conſideramus principium *l. ſi prior §. fin ff qui pot. in pign.* cum etſi in venditione præferatur is, cui prius res vendita tradita fuit, *l. quoties C. de R. V.* in pignore tamen ſecus ſe habet, ubi is præfertur, cui primum res obligata eſt, quia jus pignoris ſolo conſenſu conſtituitur, *l. 1. ff. qui pot. in pign.* in venditione vero jus in re citra traditionem non acquiritur, *l. traditionibus C. de pact.* atq; ita ſentit, *Mantic. alleg. loc. n. 2. per l. qui balneum l. ſi prior §. fin. ff. qui pot.*

impign. Sed ſi hypotheca una eademq; duobus uno die facta ſit, nec appareat, quis prior ſit, melior eſt conditio poſſidentis, *Mavius in jus Lubecenſ. d. t. 1. art. 12 l. 3. n 58. per l. ſi debitor 10. ff. de pign. l. ſi quis à multis 14. de noxal. action. Neguſant, de pign. d. p. 5. n. 31. memb. 2.* quia quando creditores ſunt in pari jure, melior eſt conditio poſſidentis *C. ſi à ſede, de prebend. lib. 6. Mantic. alleg. loc. n. 13.* & nullo poſſidente, pro rata debiti concurrente ſolutio fit, *l. pupilli 96. §. cum eodem 3. ff. de ſolut.* & ita diſponitur in ſtatuto Francofurtano, *p. 2. t. 20. §. 6.* quod ſi pignora ſub eodem die & anno conſtituta ſint, nec appareat, quis prior ſit, pro ſua quiſque portione admittatur. Sed quid juris hic, ubi in iſtrumento uno unus duobus fundus obligatus eſt, & unus prius nominatus ſit, quam alter, & licet ordo ſcripturæ non attendatur, *l. quidam in teſtamento ff. de pecul. leg. l. nec enim ff. de ſolut.* tamen hic qui prius nominatus eſt in pignore, prior & potior reputatur, *arg. l. cum pater §. pen. de leg. 2. l. generaliter §. quis ergo ff. de fideicomm. libert.* quod tamen *Mantica d. l. n. 4.* tunc locum habere autumat, quando contractus ad ſui ſubſtantiam vel ex natura vel ex conventione partium inſtrumenti confectionem vel ſcripturam non requirit. Quid dicendum? ſi debitor confiteatur rem uni hora prius, quã alteri obligaſſe, & hæc confeſſio debitoris niſi aliter probetur, nihil operatur, *Rol. conſ. 58. n. 12.*

58.n.12.l.2. quomodo verò illa & à quo talis probatio fieri debeat, vide *alleg. Neguſant d. l.*

13. Antiquiore poſſeſſione probata, poſterior clandeſtina cenſetur *Vaſq. illuſtr. controv. 86. n. 6.* menſuratur autem antiquitas ex temporis prioritate, adeo ut unius ſaltem horæ prioritas ad demonſtrandam antiquiorem poſſeſſionem ſufficiat, *Peregrin tr. de fideicomm. art. 47. n. 39.* imo & momentum *Natta conſ. 572. n. 7. 18. & 19. poſt Maſcard. concl. 1193. & ſeq. Klock. conſ. 7. n. 80. 81, & 82. tom. 2.*

14. Statutum excludens fœminas propter maſculos in perpetuum, locum etiam habet, ſi maſculus ſolum momento temporis vixerit, *Ant. conſ. 20. Iaſ. l. inter ſtipulantem §. ſacram, de V. O. Bal. l ſi quis poſthumos §. 1. ff. de lib. & poſthum. Baptiſt. Nicol. in reg. jur. voc. momentum.*

Ex Jure Canonico.

14. Jus decimandi non poteſt locari Laicis ad modicum tempus *gl. in c. quamvis de decimis c. 2. de Iudic. Abbas in c. adhac de decim.* quia ita res in illos tranſiret ſpiritualis, quod fieri nequit per *c. 7. de præſcript.* ſecus autem eſt in commoditate fruendi, & in fructibus decimarum, qui locari Laicis poſſunt, *c. 2. de locat. c. ult. ne Prælati vic ſuas*: & quidē nonniſi ad modicum tempus, *Mantic. de*

de tacit. & ambig. conv. l. 3. *t.* 3. §. 17. quod modicum tempus *d. author.* explicat ad vitam hominis, *d. l* quæ tamen limitatio non reperitur in *d. c.* 2. *de locat.* Et ſicut jus decimandi non poteſt locari laicis ad modicum tempus, ita etiam (ut occaſione hujus parvus inſtituatur digreſſus ad jus commune) ubi ad modicum temp⁹ locatio fieri potentiori prohibetur, etiam quis ad modicum tentiori quid locare nequit, *Bald. in l. manumiſſionis & ibi Angel. Fulgos. ff. de I. & I. Chaſſ in conſuet. Burg. rubr.* 3. §. 8. *verb. en alienation n* 28. *Molin. de Hisp. primogen. c.* 21 *n.* 30.

15. Modicum tempus ex Jure Canonico ſingularem etiam in conjugatis meretur conſiderationem; qui recens benedictionem à ſacerdote acceperunt, eadem nocte quia non longe antè benedictio præceſſit, pro reverentia benedictionis in virginitate permanere debent *cauſ.* 30. *q.* 5. *c.* 5. putat tamen, *gloſſator*, quod ſi aliter fiat, peccatum non ſit, quia poſitum ibi legimus *pro reverentia*.

16. Ut & hoc circa modicitatem temporis notandum, quod nullus modico tempore h. e. uno eodemque die duos ſacros ordines conferre poſſit, vel duobus continuato jejunio, quia continuatio quaſi unum diem facit, *c.* 13. *de temp. ordin.*

Quid

Quid modicum tempus operetur, & de illius effectu, & in quibus requiratur.

SUMMARIA.

1. *Pactum in continenti adjectum contractui, actionem producit.*
2. *Si filiusfamilias præter voluntatem patris pecunia mutuo accepta literas ad ipſum emiſerit, illumq́ue de pecunia creditori ſolvenda ſollicitaverit, ſi pater in continenti contrariam voluntatem non interponit, de mutuo tenetur.*
3. *Ubi prorogationē primā vel ſecundæ dilationis impetraveris, in continenti impedimentū docere debes.*
4. *Teſtis poteſt corrigere ſuum dictū ſed non niſi in continenti.*
5. *Ubi quis vitium teſtamenti viſibile contra poſſeſſionem ex edicto D. Hadriani tollendo, obtinendam allegare vult,*

id in continenti fieri neceſſe eſt.

6. *Si ſtipulari velis & dicas vendo tibi domum pro decem, ille nihil reſpondeat incontinenti, non dicitur celebratus contractus.*

7. *Vim vi repellere in continenti, quis debet.*

8. *Injuria in continenti retorqueri debet.*

9. *Filiam in adulterio deprehenſam incontinenti occidere quis debet, nec valet, ſi ex intervallo illam interfecerit.*

10. *Colonii a debent adhærere glebæ, ut nec per momentum ab agricultura recedant.*

11. *Interveniens in judicio intereſſe ſuum incontinenti probare debet.*

12. *Emancipatus ob contractus à ſe initos cum adhuc eſſet ſub poteſtate factus ſui juris conveniri debet incontinenti.*

CAP.

CAP. X.

1. QVia pactum in jure civili regulariter actionem non producit *l. 7. §. 4. de pact.* quod tamen ſecus eſt Jure Canonico, *per c. 3. x. de pact.* ideo ſi velis quod ex jure civili pactum actionem producat, contractui adjiciendum eſt, idq; in continenti, *per l. 7. §. 5. de pact.* pacta enim in continenti adjecta actionem producunt *per l. 10. C. de pact.* idq; non ſolùm in contractibus bonæ fidei, *per d. l. 7. §. 5.* tam ex parte actoris quam rei, *alleg. l. verum*, etiam in contractibus ſtricti juris, *per l. lecta 40. ff. de reb. cred. l. in bonæ fidei 13. l. petens C. de pact. l. 4. ff. eod.* quod tamen quidam in dubium trahunt, aſſerentes pacta in continenti adjecta ſolum in contractibus bonæ fidei & non ſtricti juris actionem producere, & ad confirmandam ſuam opinionem adducunt, *l. lecta ff. ſi certi. pet. l. ſi ex pretio C. ſi cert. pet. arg. l. 7. §. 5. ibi interdum ff. de pact. l. Titius ff. de praſer. verb. l. petens, l. ſi certis C. de pact.* quos tamen refutat, dictas & in contrarium allegatas leges explicando, *Goed. de V. O. c. 8. concl. 2.* ſolas prætorias ſtipulationes excipimus, cum quibus pacta in continenti adjecta nihil operantur, *per l. 52. de V. O.*

Dixi ſupra, quod pactum ex jure civili non producat actionem, ne vero illud quod incidenter diximus, ſine exceptione capias, no-

rabis quod pactum actionem producat in pignore honorario, *l. ſi tibi decem §. 2. de pact.* in conſtituta pecunia *l. 10. de conſt. pecun.* in donatione *l. 35. in fin. C. de donat.* in jure jurando conventionali *l 2. de jurejur.* Extra quos caſus pactum non producit actionē, niſi cōtractui in continenti appoſitum, ſicut ſupra diximus, quid verò, ſit incontinenti & quomodo id explicetur vide ſupra *in c. 2.*

2. Si filiusfamilias præter voluntatem patris pecunia mutuo accepta literas ad ipsū emiſerit, illumq; de pecunia creditori ſolvēda ſollicitaverit, ſi pater incontinenti non interponit, conteſtationem contrariæ voluntatis; de mutuo tenetur, *l. ſi filiusfamilias ff. ad SC. Maced.* quod continuo ita explicatur, ut patri temp⁹ legēdi, cogitandi & conſulendi peritiores concedatur, *Gothofr. ingl d. l.* Sicut & mercator qui literas cambii recepit, & legit ſine momentanea contradictione, illas acceptaſſe cenſetur, *Raph. de turr. deciſ. rot. Rom. de camb. deciſ. 15. n.* 11. nec poteſt contradicere ſolutioni, licet poſtmodum mercator, qvi literas ſcripſit decoxerit *Raph. de deciſ. n.* 12. literas verò recipiēs ſimpliciter ſine lectione, non cenſetur approbare comprehenſa in illis, vel acceptare, *Raph. de turr. dec. alleg. n.* 1.

3. Ex opinione *Author præjud. Camer. ſub rubr. dilatio probādi verſ. 2 & 3. p. (m)* 108. poſt effluxionē primæ vel ſecundæ dilationis ubi

pro-

prorogationem elapſæ dilationis impetrare vis, in cōtinenti impedimentū docere debes, cui tamē ſententiæ contrari' eſt *Gail obſ. 91. l. 1. ſect. 2. n 20.* qui prorogationem dilationis non elapſę ſed currentis dari poſſe ſtatuit.

4. Si teſtis dictum ſuum corrigere velit, non poteſt id niſi in continenti, h. e. antequam à præſentia judicis diſcedat *c. præterea cum 27 ext. de teſtib.*

5. Ubi quis vitium teſtamenti viſibi'e cōtra poſſeſſionē ex edicto D. Hadriani tollendo obtinendam allegare vult, id in continenti fieri neceſſe eſt, *Navi' in Cod. in tit. De edict. Div. Hadrian. toll. l. 1.* Et ſi teſtamentum condere deſideres, contextum actus & modicum temp' obſervabis, *l. 21. ff. qui teſtam. fac. l. 21. c. de teſtam.*

6. Si ſtipulari velis & dicas vendo tibi domum pro decem, ille nihil reſpondeat in continenti & ſtatim, ſed die ſequenti reſpondeat, nō dicitur celebratus contractus venditionis, *Albert. in l. non erit §. fin. cum l ſeq. ff. de jurejur.* etiam ſi ille dixiſſet, cras reſpondebo. *Bald. in rubr. C. de cōſtit. pecun.* cum unius diei intervallo vitietur ſtipulatio, *Iaſon in l. 1. §. qui præſes ff. d. V. O. l. continuus 137. d. t.*

7. Sic & ſi vim vi repellere vel res vi ablatas vi recuperare velis, illud ſtatim & incontinenti fieri neceſſe eſt *l. 3. §. 9. l. 17. de vi & vi arm.* nimirum in ipſo congreſſu *d. l. 17.* ſicque ibi confeſtim explicatur, *in d. l. 3. §. 9. per gloſſ. Gothofr.* plane ſeparato ſenſu *à l. 1. §. 43.*

ad

ad SC. *Tertullian*, ubi confeſtim capitur, quã primum potuit. Concludit *Menochius* circa verum illius vocabuli *confeſtim* intellectum circa recuperationem poſſeſſionis *lib. 2. cent. 1. caſ. 11. n. 3.* quod judex perpendere debeat circumſtantiam rei, & perſonæ, ut ſi de recuperando caſtro agatur, propter majorem impenſam: majus tempus indulgendum eſſe, quam in domo cujuſdam privati, & ipſe ille *author* affirmat, quod in continenti dicatur caſtrum recuperatum, cum commodè convocatis amicis bello parato, & inſtructo exercitu recuperari potuit, *in tr. de recup poſſeſſ. in 1. remed. n. 339.* vide *Tiraqu. in tr. de retract. convent. §. 1. gl. 5. n. 25. & Zaſ. conſ. 11. n. 15. lib. 1.* quod etiam conſtitutioni fractæ pacis ordinationi *p. 2. tit. 9. §. 2. in fin. ibi* zu friſcher That/oder wenn er ſeine Freund und Helffer haben mag *Bartol. in l. 1. C. und.* vi putat incontinenti defenſionem fieri, quæ intra tres dies proximos interponitur, ſed prior ſententia etiam *Geilio de pac. publ. l. 1. c. 16. n. 13.* melius placet, qui hoc arbitrio judicis pro perſonarum & rerum qualitate relinquendũ docet. Nec movet diſtinctio *Weſenbecii conſ. 19. n. 49.* ubi ſic diſtingvit: Aut tractatur de defenſione perſonæ, aut de defenſione rerum: Si de defenſione perſonæ, tunc incontinenti dicitur factum gliſcente & durante rixa, vel aggreſſore non diſcedente ad extraneos actus, ſi vero de defenſione rerum, tunc

ſub-

ſubdiſtinguit inter res mobiles & immobiles, ſi de defenſione rei mobilis, tunc defenſionem conſideret ſicut in defenſione perſonæ, idq; ex eo, quod in mobilibus quis ſtatim perdat poſſeſſionem *l.* 3. §. *Neratius &* §. *Nerva filius ff de A. vel A. poſſeſſ.* ubi vero tractetur de defenſione rerum immobilium, incontinens eò uſq; durare tradit, dum ſpoliatus animum recuperandi habet: Sed cum hæc diſtinctio certis ſuis deſtituatur legum fundamentis, potius ad arbitrium judicis recurrendum cenſet *Otto Melander in Comment. Camer. ad proceſſ. Noe Meurers part. 2. p.* (*m*) 427.

8. Ubi injuriam retorquere vis, in continenti id fieri neceſſe eſt, *Mod. Piſtor. vol. 2. conſ.* 3. *n.* 34. *&* 35. *Goed. vol.* 4. *Conſ. Marpurg.* 32. *n.* 74. in continenti autem hic fit, licet poſt biduum fiat, *Zoannet de defenſ. p* 2. *n.* 54. alii dicunt, licet triduum effluxerit *Bartol. ad l.* 1. *C. unde vi n* 9. alii modo retorſio intra 30. dies fiat, ut *Menoch. conſ.* 304. *n* 11 ad id allegans, *l quod calore ff. de reg. jur arg. l. ſi vindicari C. de pœn. & c cum apud Theſſalonica* 11. *q.* 3. ſed male, *cum d. l. quod calore*, nihil determinet de tempore, & *l ſi vindicari*, ſolum de ſuſpenſione pœnæ infligendæ agat, nec *c. cum apud.* de triginta, ſed de viginti diebus loquatur, & adhuc in aliis terminis, uti *textus* indicabit lectori, adeoq; talis caſtigatur opinio *à Klock in tom.* 3. *conſ.* 184. *n.* 10. 11. alii judicis arbitrio

id

id committunt, *Lud. à Pegner deciſ. 78. n. 41.*

9. Ubi pater filiam in adulterio deprehendit in domo ſua, ſive generi, ubi non incontinenti tam adulterum quam filiam interpoſitis horis occidit, veniam non meretur, incontinenti autem hic dicitur, etiam ſi filia profugit, & interpoſitis horis apprehenſa eſt à patre, ille enim qui perſequitur, tali caſu in continenti occidiſſe cenſetur, *l. 23 §. fin. ad L. Iul. de adult.*

10. Coloni ita debeat adhærere glebæ, ſeu agriculturæ, ui ne puncto quidem temporis ab agricultura recedant, *l. Colonos. C. de agricol & cenſ. lib.* 11.

11. Ubi quis in judicio interventionem inſtituere vult, intereſſe ſuum in continenti probare debet, *Ioſeph Ludov. 1. deciſ. 26. n. 1. per text. in c. veniens 38. extra, de teſt. & atteſt.* ſed quomodo tempus id incontinenti accipiatur, varia eſt inter Doctores opinio, & receptior eſt eorum ſententia, qui id tempus judicis arbitrio relinqvunt, *Vmmius ad proc. jud. direct.* 11 *de intervent. th.* 1. *n* 6.

12. Si emancipatum, cum quo contraxiſti, cum adhuc eſſet ſub patria poteſtate in id quod facere poteſt, convenire velis, ex continenti cum illo agere debes, poſt multos enim annos ab emancipatione non indulgetur actio niſi cauſâ cognitâ *l. ſed ſi ex parte 4. § 4. ff. quod cum eo qui in alien. pot.*

Addi-

Additamentum.

Ad cap. 3. de præſumptione modici.

Cum qvidam ex voto menſuram perſolvunt, ſed diverſam, minorem ſolvere poſſunt, & non ſunt cogendi ad majorem, ſicq; pro minore præſumitur. *c. ex parte, de cenſib.*

Ad cap. 5. quod modicum non curetur.

1. Creditor ob amiſſionem inſtrumenti vel ſyngraphæ non ſtatim perdit obligationem, ubi nimirum juramento docere poteſt, quod obligationem debitoris amiſerit, nec eam alteri dederit, nec ſua voluntate ad alium pervenerit, nec dolo faciat, quo minus appareat, ſed revera per caſus fortuitos perdiderit, *l. cum quidam 21. §. ſin autem C. de fid. inſtrum. Nov. 73 c. 7. Seraphin. de Seraphin. de privil. juramment. priv. 37. n. 1.* quod juramentum tam ex *Berlich in aur. deciſ. dec. 9 n 4.* locum non habere, ſed legitimam probationem ſuper amiſſione rei requiri aſſerit, ubi de magno præjudicio agitur, per *l. ſi quis ex argentariis §. pen. & ult. ff. de edend.* ſecus vero ſit, ubi de modico agatur, ad cujus amiſſi probationem jura-

juramentum ſufficiens cenſet *d. author.* alle-gans *Paul. de Caſtr. conſ. 360. n. 1. verſ. & quia agitur de modico.*

2. Juris communis eſt, quod cum creditor debitori reddidit debidi inſtrumẽtum, vel Syngrapham, debitum remiſiſſe cenſeatur, per *l. 2. §. 1. ff. de pact. l 3. ff. de liber. legat.* ubi nimirum debitor inſtrumentum ſibi à creditore, vel ab alio ſuo nomine traditum probare poteſt, *Menoch. de præſumpt. l. 3. præſ. 140. n. 11.* ubi vero modico tempore tale inſtrumentum debiti apud debitorem fuit, liberatio non præſumitur, cum tali caſu illi à creditore traditum non cenſeatur, ut liberaretur à debito, *Menoch. d. præſ. n. 23.*

3. Notum eſt, qvod forum quis ſortiatur ratione delicti *C poſtulati, c. fin. de for compet. auth. qua in provincia C. ubi de crimin.* ita etiam, ut licet alibi reperiatur, debeat remitti ad judicem delicti, *auth ſi vero crimen & ibi Salic. C. de adulter. Nicol. Boer. deciſ. 29. n. 2.* quod tamen non procedit in delictis levib⁹, *Melchior Kiing c. fin. n. 10 de foro compet.* per argumentum à contrario ſenſu dictum, *ex l. deſertorem in princ. ff de re milit. Chaſſaneus in conſuet. Burgund. tit. des adveuz rubr. 12. §. unico fol. 364. n. 7 col. 3. Pet. Duennas reg. jur. 378. n. 3.* quæ autem ſint delicta levia, arbitrium judicis dijudicabit.

4. In illa quæſtione an antichreſis ſit legitima, ſi excedit legitimam uſurarum ſortem,

tem, plurimi eo inclinant, quod ob modicum exceſſum non reprobetur, ubi vero nimium ſit, ſorti imputetur *Andr. Rauchbar p.1.qu.20 n.38.& 42. Carpzov I R. Conſtit. 30.def 40. Chriſtoph* Richter *de privil.credit, diſput. 12.n.5.*

5. In illa quæſtione, an jus patronatus tranſeat in conductorem cum locatione univerſitatis, diſtinguit *Finkelthuſ obſ. 3.n.2.* inter longum & modicum tempus in locatione ad longum tempus tranſit jus patronatus, in locatione vero ad modicum tempus neutiqvam, cum hoc caſu utile dominium à locatore non recedere cenſeat *Panorm.ad c.ex literis 7. n.5. ext. de jur.patron. Paulus de Citadinis de jur. patron. rubr. de translat.jur.patron.in verbis,ipſe vel is à quo, q.26.n.57.*

6. Unaquæq; civitas debet habere ſuum proprium Epiſcopum tam ex jure civili *l. unaquæq; 36.C de Epiſc.* quam ex Jure Canonico *diſt. 80.c.1.2.* modica tamen civitas faſtigio Epiſcopali honorari non debet, nec in modicis, ſed magnis & populoſis civitatibus Epiſcopi conſtitui debent, ſed presbyteri per caſtella & modicas civitates atque villas ab Epiſcopis ordinantur, ne, ſi Epiſcopus præeſſet modicæ civitati, vileſcat nomen Epiſcopi, & Sacerdotale faſtigium tribuatur obſcuris municipiis, ſicq; in hoc paſſu modicum contemni videmus, *alleg. diſt. 80.c.Epiſcop. c.illud ſane.*

7. In

7. In Jure Canonico circa obſervationem jejunii non curatur, an parum quis vel nihil edat, hinc Gregorius in jejunio piſciculis tantum non piſcibus veſci jejunantibus conceſſit *c. denique diſt* 4.

8. Si quis ſolverit procuratori nec mandatum ſpeciale habenti, nec cui omnium negotiorum adminiſtratio commiſſa eſt, ſolutio facta non cenſetur *l.* vero procuratori 12. *ff. de ſolut* quod tamen fallit in levioribus debitis exigendis, in quibus exhibitio mandati neceſſaria non eſt, & procuratori mandatum ſpeciale non habenti rectè ſolvitur *arg. l. Sancimus* 25. *verſ non autem & l. conſtitutum* 27. *C. de adminiſtrat. tut. Carpzov, in Iurispr. Roman. part* 2. *Conſtit.* 38. *def.* 3. *n.* 4.

9. Nec in talibus exiguis debitis apocham, vel quitantiam neceſſariam judicat *Anton. Faber in Cod. l.* 4. *t* 42. *def.* 19. *n.* 5; & Carpzov *d. l.*

10. Notum eſt ex concordatis Germaniæ inter Fridericum 3. & Nicolaum V. erectis, quod in Germania annatæ de eccleſiis cathedralibus & monaſteriis virorum vacantibus & vacaturis ſolvantur de fructibus primi anni à die vacationis, juxta ſummas pecuniarum in libris Cameræ Apoſtolicæ taxatas, ita ut hæ taxæ pro media parte infra annum à die habitæ poſſeſſionis pacificæ totius vel majoris partis ſolvantur, & pro alia media parte infra annum ſequentem, & ſi

infra

infra annum bis vel pluries vacaverint, ſemel tantum ſolvantur, nec debitum hujuſmodi in ſucceſſorem in eccleſia vel monaſterio tranſeat, de cæteris vero dignitatibus, perſonatibus, officiis, & beneficiis ſecularibus & regularibus quibuscunq; de quibus providetur (præterquam vigore gratiarum expectativarum aut cauſſa permutationis) ſolvantur medii fructus juxta taxam ſolitam à tempore poſſeſſionis infra annum. De beneficiis vero, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedunt, quia hoc in paſſu hi reditus pro modica re habentur, nihil ſolvitur. *Georg Branden de concordat. German.*

11. Nec modicum tempus curatur in complenda Electorum majoritate, ſi literam aſpicimus Aureæ Bullæ, Elector non poteſt adminiſtrationem ſui principatus ſuſcipere, vel votum & ſeſſionem in Comitiis habere, uſq; dum decimum octavum annum compleverit, ita ut juxta literalem ſenſum etiam momenta computari debeant, ſed *Freher de Tutel. Elector. fol.* 37. notat, annum 18. mox complendum ſufficere, exiguum enim tempus in conſiderationem non venire autumat, exiguum autem tempus capit hoc in paſſu pro bimeſtri ex *l. 19. C. de legat.* cui tamen contradicit *Arumæus ad A B. diſc.* 4. *th.* 2. *n.* 12.

Modi-

Modicum non curatur.

12. Regulariter libellus eſt de ſubſtantia judicii, ita etiam ut ſententia libello conformis eſſe debeat, alias nullitatis argui poteſt, adeoq; in omni tam criminali quam civili cauſſa regulariter libello opus eſt, *l. ult. C. de annal except. Nov 53. c 3. § ſancimus l. 3. de accuſ.* ut neq; tacitè neq; expreſsè omitti poſſit, quod non tantum adverſarii ſed etiam judicis gratia offeratur *c. licet, extra, de Simon.* in cauſſa tamen modica (quę qualis ſit judex arbitrabitur *Oldend. de form. lib. p. (m.) 326.*) absq; libello procedi poteſt *Vmmius de proceſſ. judic. direct. 6. de contumac. & libell. th. 10 n. 43.* ut & levia crimina abſque libello diſcuti poſſunt *l.* levia crimina *ff de accuſat. & ibi Gothofr. in not.* inter quæ levia crimina Canoniſtæ referunt adulteria *in c. etſi Clerici §. de adulteriis, extra. de judic.* alias omnem cauſſam modicam appellat *Cala de mod. articul. & prob. n. 938.* quæ criminalis non eſt, quæ extenſio plus æquo lata eſſe videtur.

13. Licet acta judici appellationis integrè non ſolum edendi, ſed & diligenter conſcribenda ſint *Geil pract. obſerv. l. 1. obſ. 134. n. 18.* id tamen ſolum de majoribus cauſſis accipiendum tradit *d. author d. loc.* cum in minoribus & levioribus cauſſis Scriptura

non

non reqviratur *per text. in auth.* niſi breves *C. de ſentent. ex brevic. recitand.* in quibus nudæ aſſertioni judicis ſtatur *Geil. d. l.*

14. Contumacia procuratoris domino nocet *l ſi procurator C. de procurat l.* ſi remunerandi *§. 1. ff. mandat. Canoniſt in c. 1. ut lit non conteſt.* maximè poſt litis conteſtationem, utpote per qvam procurator fit dominus litis *l* procuratoribus *C. de procur. c. 1 §. 1. de procur l. 6.* quam regulam tamen *Geil in pr. obſ. 89. n. 5. l. 1.* limitat hoc modo, qvod nimirum contumacia procuratoris ex Camerali obſervantia pœnâ qvadam pecuniariâ coercenda in his ſolum noceat domino, quæ ſunt modici præjudicii, non vero in illis quæ ſunt magni præjudicii.

15. Sic & jurata probatio licet regulariter locum non inveniat, in his tamen quæ ſunt modici præjudicii admittitur *per text. in l. theſaurus ff. ad exhib. Geil l. 2. pr. obſ 37. n. 3.* ut eſt in actione ad exhibendum *Cata de mod. artic. & prob. in fin. n. 1606.*

16. Circa jura foreſtalia hoc notandum qvod eradicationes vulgo **außſtäcklen** non ad dominum proprietatis ſed ad jurisdictionem foreſtalem pertineant *Capoll. de S. P. R. c. 9. n. 40.* qvod tamen de modicis eradicationibus, quæ facile proprietario indulgeri poſſunt, intelligendum non eſt *Wehner obſ. pr. lit. F voc* **Forſtrecht/** §. quin etiam ad Juriſdictionem foreſtalem; Qvid verò ſit modica

dica eradicatio, arbitrio judicis committendum duco.

17. Fructus qui ex rebus eccleſiarum & monaſteriorum ut & beneficiis eccleſiaſticis percipiuntur ad modicum tempus non vero ad vitam alicujus vendi poſſunt *Clem. 1. in fin. de reb. eccleſ. non alien. Bal. conſ. 44. n. 1 l. 3. Mantic. de ambig. convent. l 44. 18. n 2.*

Ad C 8. in quo curetur modicū.

1. Ubi executio miſſionis in bona cujuſdam fuit exceſſiva, h. e, ſi excedit debitum, etiam in obulo, nulla eſt, *Poſtius in addit. ad tr. de ſubhaſtat. deciſ. 162. n. 19.*

2. Scimus ex Jure Canonico, qvod Clerici ſive majoris ſive minoris ordinis ad reſidendum in Eccleſia cogantur, ita ut ſi quis Clericus à ſuo beneficio abſit monendus ſit cum præfixione termini, intra quem ſi non revertatur ſine cauſa probabili beneficio ſuo cadit *c. ex parte C. clericos, de clericis non reſid.* & in minoribus ordinibus conſtitutus clericus, ut acolythus, exorciſta, pſalmiſta &c. ſi ab eccleſia diebus ſolennibus i. e. die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes abſuerit, triennio à communicatione ſuſpendatur, cui pœnæ & Diaconus & Subdiaconus ſubjacet, ſi citra cauſſam neceſſariam tribus hebdomadis ſuæ eccleſiæ defuerit, *C. ſi quis in clero 7. q. 1. Cuchius in inſtit. jur. can.*

can l.2.t.4. ut & ſi neſcitur ubi quis ſit, in ſua eccleſia tribus edictis citatur poſt quæ ubi intra ſex menſes non redierit eccleſia privatur, *c. ex tuæ devotionis d t.* & eſt in jure civili annus *Nov.*123 *c.9.* in Concilio Tridentino ſtatuitur, ut ſi quis ſex menſibus continuis abſuerit, quartam partem fructuum eccleſiæ fabricæ applicandum amittat, *c 1. ſeſſ.6. de reform.* Quæ omnia etiam locum inveniunt in beneficio etiam modicæ æſtimationis, ut ille, qui uti dictum, non reſidet in beneficio etiam tenui, illo privetur, per *c. conquerente, de cler. non reſident.* dicitur autem hic tenue beneficium qvod proventum vigenti ſolidorum non excedit, *d. c. & Cuch. alleg. loc.* & ſic ſive in tenui ſive in magno beneficio non reſidens punitur, niſi vel in obſeqviis ſummi pontificis ſit, *c. cum dilectus, de cleric. non reſid.* vel pro ſervitiis ſuæ eccleſiæ abſit, *c. ex parte tua, d. t.* vel adverſa valetudine impediatur *c. ad audientiam eod.* qvi ſolus etiā caſus extra reliqu os ad percipiendas quotidianas diſtributiones ſufficit, *c. un. de cler. non reſid. in 6.* vel ſtudiorum cauſa abſit, qvo caſu etiam præbendam ſuam licet abſens capere poteſt, modo ſe ad bona Gymnaſia & non ad villas ſeu minuta caſtra in qvibus modicum eſt ſtudium conferat *c. tuæ fraternitati, de cler. non reſid.* & ſicut ſupra modicum in privatione beneficii curatur, ita hic, ſi nimirum qvis ad minuta Gymnaſia ſe transtulerit, deſpicitur, ut par ſit nullum vel minus competens

ſtudium *d.c.* & ſicut unum & idem eſt nullū vel modicum ſtudium, ita etiam nihil differt ab eccleſia non abeſſe, vel modico tempore abeſſe, qvoniam qvi aliqvantiſper tantum abſunt, abeſſe non cenſentur qvod abſentiæ ſpatium computatur intra duos menſes, juxta *concilium Tridentinum*; vide *Cuchium in inſtit. jur. Can. d. t. § ſed non videtur, circ. med.*

Modicum in quibus curetur.

3. Mandatum regulariter non præſumitur, ſed cum facti ſit, probari debet *Bl. in l. 1. n. 1. de reb alien. non alien & ibi Salic. ad fin.* & licet modicum plerumq; non curetur, mandatum tamen ubi modica impenſa facta fuerit ab eo, qui ex alterius mandato ſe aliquid feciſſe dicit, non præſumitur, *Peregr. dec. 7. l. 2. Orad. dec. 80.* dicitur autem hic modico impenſa quæ eſt infra decem ducatos *Caputaqu. dec. 190 n. 4 l 1. Franc. Cardin. Mantic. de tac. & ambig convent. l 7. t. 4. n 14.*

4. Mandatum in forma ſpecifica impleri debet, & exacta diligentia obſervandum eſt *l. diligenter ff. mand. c. cum dilecta, de reſcript.* & non ſolum forma mandati obſervari debet, verum & illius qualitas *c.* cum veniſſent & ibi *not. Bal. de eo qui mitt in poſſeſſ. Iaſ in l. ſi procurator n. 2. C. de procur.* etiam ſi qualitas in modico conſiſtat, quia nec minimum debet omitti, quod in mandato expreſ-

preſſum eſt *Anton.de Butr in c.Piſanis, n 9. de reſtit.ſpoliat. Mantic de ambig.convent. l. 7. t. 15. n. 8. Raphael de Turri de camb. diſp. 2. qu 23. n. 6.*

5. Notum eſt, quæ pœna ſtatuta ſit in hæreticos tam ex jure civili, ut pœna conſiſcationis, mortis, infamiæ publicæ per *l. Manichæos C. de hæret.* quàm ex Jure Canonico ut pœna excommunicationis, *c. fin. 24. q. 2.* ut & denegatio ſepulturæ, *c. eccleſiam 27 de conſecr. diſt. 1.* quæ pæna etiam in illos ſtatuta eſt, qui vel levi argumento à judicio Catholicæ religionis deflectunt, *l. omnes 2. §. 1. C. de hæret.* modo illum levem errorem pertinaciter defendant, cum & pertinaciter defendere requiratur ad hęreticum, ille enim qui non ſua ſed aliena audacia in errorem lapſus eſt, non eſt hæreticus, modo non pertinax ſit, errorem agnoſcat, & revertatur *cauſ. 24. q. 3 c. dixit Apoſtolus 29 c qui in eccleſia 31.* & ſic *levis error contumaciter defenſus* facit hæreticum, ergone Schiſmaticus, inquis, etiam eſt hæreticus, latè loquendo non negaverim, ſed in Jure Canonico hoc notabis, quod hæreticus dicatur, qui à dogmate deflectit, Schiſmaticus, qui à recognitione eccleſiæ Romanæ illiusq; capitis per inobedientiam recedit *c. inter hæreſim 26. cauſ. 24. q. 3.*

6. Nec tenuem quis ſpernere debet præbendam, cum tenuis præbenda etiam ſit

præbenda, & proinde ſi te præbendam vel dignitatem in aliqua eccleſia expectante, aliquis præbendam ſeu dignitatem tenuem obtinens in eadem ei renunciet, ut illa primo ſic vacante præcludatur tibi via per conſeqvens ad obtinendam præbendam vel dignitatem aliam pinguiorem, quę per mortem alicujus vel alias in ipſa eccleſia creditur veriſimiliter in proximo vacatura, per renunciationem hujuſmodi nullum tibi expectanti generatur obſtaculum, *c 2. de renunciat. in 6.* dummodo de fraude appareat etiam per probabiles conjecturas *d. c.*

7. Cum contumax in non componendo vel reſpondendo, vel recedens ante tempus ſine judicis licentia excommunicari poſſit, *c. 1. de judic. & ibi Abb. n. 10. per text. in c. certum. 11 q. 3 gl. in c. duo in verbo videbatur, 96. diſt.* etiam id in minima contumacia procedit, cum etiam hæc ſit inobedientia, *Abbas in d. c. 1. n. 10. de jud. gl. in d. c. duo. ſunt, Ludov. Montaltus in tract. de reprobatione ſententiæ Pilati, art. 3, n. 25. Petr. Duennas in reg. jur. ſelect. 158.*

8. Videmus etiam in hoc qvod minimum non plane ſpernatur, quod in modico, ut & in unico actu mendax, in omnibus talis præſumatur, *arg. not. in l. ult. ff. de re judic. in n. 1. ib. contra qui propriam C. de numer. pecun. Iacob Ayrer. in proceſſ. hiſtor. p. 2. c. 7. in exc. contr. teſtes p. (m.) 552.* adeoq; etiam talis à teſtimonio rejiciendus eſt *Ayrer. d. l.*

9. Si

9. Si quis haberet factorem ſive inſtitorem, cui quis tabernam mercium commiſit, & tamen cum illo contrahi prohibuiſſet, quæritur, in talis inſtitor ob factam præponentis prohibitionem etiam modicum ex taberna vendere poſſit, & reſpondetur, quod non ex *l. 11. §. ſed ſi in totum ff. de inſtit. action.*

10. Requiſita illa, quæ in libris mercatorum examinantur, locum habent tam in parvis, quam magnis ſummis, nec diſtingvitur hic, quid parvæ, quidq; magnæ ſummæ ſint, *Nicolaus de Paſſeribus de ſcript. priv. qu. 1. l. 4. de libris mercatorum*, quæ verò requiſita ſint, tradit *d. author*; quod ſi fides adhiberi debeat libris mercatorum, requirit ille, qvod 1. ita ſtatutum & conſvetudo diſponat, quo caſu liber debet eſſe conſcriptus in territorio ſtatuentium. 2. quod mercator ſit legalis homo nec infamiæ labe notatus. 3. qvod ipſe mercator librum propria manu conſcripſerit, qvod tamen à Straccha *in tr. de mercat. p. 2. n. 65.* in dubium trahitur. 4. quod mercator conſveverit veritatem ſcribere, nec liber in uno falſus reperiatur. 5. quod cauſam debiti claram mercator ſubjunxerit. 6. quod aliquid contra ſe in eodem libro ſcripſerit. 7. quod ex veriſimilibus circumſtantiis habito reſpectu ad tempus debiti contracti & factæ ſolutionis reperiatur verum, quod in libro ſcriptum eſt. 8. quod in libro ſcriptæ ſint partitæ pertinentes ad mer-

caturæ exercitium, de quo tractatur, & non ad aliud. 9. quod in libro rationum ſit appoſitus annus, menſis & dies, 10. quod appareat mercatorem tradidiſſe merces, licet nec de pretio, nec de qvantitate poſſit probari. 11. quod dictus liber non ſit deſcriptus diverſa manu, nec cancellationibus & inductionibus maculatus, 12. quod in libro ſint deſcripta data & recepta, à quo, & ex qua cauſſa 13. quod mercator juret contenta in libro vera eſſe. 14. quod ad petitionem partis liber exhibeatur, ut contra illum opponere poſſit. 15. Quod liber præfationem & inſcriptionem contineat, & quod factus ſit juxta loci conſvetudinem. Hæc requiſita enumerat *d'author*, illaq; in libris mercatorum, ſive de modica, ſive de magna ſumma controvertatur, judicat neceſſaria.

11. Etiam in jure publico minutias ſæpiſſime ad amuſſim obſervari videmus, ut in *A. B. c.* 28. id qvod circa ordinem aptandarum menſarum Imperatoris, Imperatricis, & Electorum ſtatuitur, præciſè ſervatur. Quæ licet minutiæ ſint, ut inquit *Arum. ad A. B. diſc. 6. ad c. 28. n. 44.* tamen in minimis quoque rebus antiquæ conſvetudinis momenta ſervari teſtatur *Valer. Maxim. lib 2. c. 1.*

12. Agrimenſores ubi ex dolo vel lata culpa falſum modum renunciarunt, conveniri poſſunt ex *l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.* Si vero ex imperitia tunc et mala agrimenſo-

rum

ſum relatione quis adverſ° adverſarium actionem habet & non contra agrimenſorem *Angel in §. quadam, Inſtit. de action n.13.* idq; non ſolum pro magna ſed & modica quantitate *l. quinq; pedum C fin regund. Angel. d. l.* Cum etiam minima quæq; menſurari debeant, *Berlich p. 1. concl 83, n.93.*

13. Juramentum calumniæ in omnibus cauſſis præſtari debet, ſive ſint modicæ ſive magnæ, *Berlich p. 1. concl. 31 n.26.*

14. Cum collecta imponatur non ex valore rei ſed ex æſtimatione & quantitate redituum *l. forma §. 1 ff. de cenſib. l fructus C. de act. empt. Cravett conſ 812. n.6.* ita ut qui plures reditus habet, etiam plus ſolvat, qui minus, etiam minus *Petr. de Vbald. de collect. n.12. verſic.* in dubio autem, non iniquè hic quæritur, an etiam collecta de modicis rebus tribui debeat, & affirmativè reſpondendum, ne quid detrahatur Reipublicæ, & tam bona magni quam modici reditus pro impoſitione collectarum æſtimanda & in cataſtrum referenda ſtatuit *Klock de contrib. c. 17. n. 57. ex Lancellot. conſil 27. n.71.* ita tamen ut tenues tenuia tributa dent, nec illis quod illi qui apud Caſſiodorum conqueſtus eſt, quod cum unicam haberet caſulam, immenſa exactione gravatus fuiſſet *Klock d. l. n. 81* & de pullis, qui vendendi in civitatem importantur, collectam tribuendam cenſet *Ferret. de Gabell n.64 & 551.*

15. Nul-

15. Nullum eſt inter capita pacis quæ majoris, mi orisve momenti ſunt, diſcrimen, nec minus hæc quam illa obſervari debere ſtatuit *Hug. Grot. de jur. pac. & bell. l. 3. c 20. n 35.* & hinc in moderno bello Suecico contra Caſimirum Regem Poloniæ à parte Suecorum id pro raptura pacis inter reliqua allegabatur, quod contrà expreſſa induciarum pacta vocabulum ET CÆTERA in Regiis utriuſq; partis titulis omiſſum eſſet, licet parvi momenti ſit,

Conſiderationem tamen ex pactis induciarum mereri.

16. In ſacris minimum hoc operari videmus, quod Sacræ Scripturæ nec minima literula addi vel diminui debeat ſub pœna æternæ damnationis *Deut.* 12 *in fin. c. certificari, extr. de Sepult. Ayrer in hiſtor. proceſſ. c. 10. obſ. 1 n. 4.*

Quas præſumptiones generet modicum.

Quod ſi in venditione quantitas jugerum ſumma diligentia & uſq; ad modicum eſt expreſſa, velut uſq; ad unum granum, intelligitur id fuiſſe ad rectum non demonſtandi ſed limitandi gratia, & venditio tum non ad corpus ſed menſuram contracta præ-

ſu-

ſumitur *Decian.conſ.44 n.9.l.1. Mantic. de ambig.convent l.4.t.17.n.36.* Hæc verò eſt differentia inter venditionem ad menſuram & ad corpus factam, quod ſi venditio ad corpus fuit facta, & reperitur major numerus jugerum quam dictum, ad emptorem pertineat, & ſic emptor pretium augere non tenetur *l.ſi duorum & ibi Caſtr. ff. de act. empt.* ubi vero ad menſuram venditio concluſa eſt, pro modo menſuræ augetur & diminuitur pretium *l. qui fundum §.qui agrum ff. de contrah.empt.* ut & venditio ad corpus eſt pura, vendititio verò ad menſuram eſt conditionalis *Mantic.de ambig.convent.l.4.t.17.n.2. & 8.*

Donatio regulariter non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, cum nemo ſuum jactare cenſeatur, *l.* cum de indebito *ff. de prob.l.* ſi cum aurum *ff.de ſolut.c.* ſuper hoc, de renunciat, *Franciſc. Mantic. de ambig. convent.l.13.t.9.n.1.* ita ut nec donationis cõjectura ex conſangvinitate vel affinitate oriatur *l.* ex duobus fratribus, *in princ.l pen ff.de negot. geſt.l.* ſive pro fratre, *l.* ſi negotium & ibi *Alex. in ſumma* C.*eod.* hinc ſi frater pro fratre vel affinis pro affine aliquid impendit, id ſemper animo repetendi impendiſſe intelligitur *Mantic.l.13 t.19.n.5* licet etiam pro redemptione vel pro alimentis frater pro fratre quid impendat *Mantic.d.l.n.6.n.8.* niſi modicæ ſint impenſæ, quæ inter conſanguineos & affi-

affines donatæ præſumuntur *l. ex duobus §. Titium ff. de neg. geſt. Cravett. conſ. 86. n. 3. Mantic. d. l. n. 8. & 22.* quæ præſumptio eodem modo inter amicos locum habet, cum amici plerumq; ſincerius amentur quàm conſanguinei *l.* nemo dubitat §. qui frater non eſt *ff. de hæred. inſtit.* amicos tamen illos appellare non debemus, qui levi notitia nobiſcum conjuncti ſunt, ſed eos, quibus fuerunt jura cum patre familias honeſtis quæſita rationibus familiaritatis *l.* latæ culpæ *§. 1. ff. de V. S. Mantic. d. tr. l. 13. t. 20. n. 3.*

F I N I S.

B.90

ANT 1318546

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

caturæ exercitium, de quo tractatur, & non ad aliud. 9. quod in libro rationum ſit appoſitus annus, menſis & dies, 10. quod appareat mercatorem tradidiſſe merces, licet nec de pretio, nec de qvantitate poſſit probari. 11. quod dictus liber non ſit deſcriptus diverſa manu, nec cancellationibus & inductionibus maculatus, 12. quod in libro ſint deſcripta data & recepta, à quo, & ex qua cauſſa 13. quod mercator juret contenta in libro vera eſſe. 14. quod ad petitionem partis liber exhibeatur, ut contra illum opponere poſſit. 15. Quod liber præfationem & inſcriptionem contineat, & quod factus ſit juxta loci conſvetudinem. Hæc requiſita enumerat *d'author*, illaq; in libris mercatorum, ſive de modica, ſive de magna ſumma controvertatur, judicat neceſſaria.

11. Etiam in jure publico minutias ſæpiſſime ad amuſſim obſervari videmus, ut in *A. B. c.* 28. id qvod circa ordinem aptandarum menſarum Imperatoris, Imperatricis, & Electorum ſtatuitur, præciſè ſervatur. Quæ licet minutiæ ſint, ut inquit *Arum. ad A. B. diſc. 6. ad c. 28. n. 44.* tamen in minimis quoque rebus antiquæ conſvetudinis momenta ſervari teſtatur *Valer. Maxim. lib. 2. c. 1.*

12. Agrimenſores ubi ex dolo vel lata culpa falſum modum renunciarunt, conveniri poſſunt *ex l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.* Si vero ex imperitia tunc et mala agrimenſorum

rum relatione quis adverſ. adverſarium actionem habet & non contra agrimenſorem *Angel in §. quædam, Inſtit. de action n.13.* idq; non ſolum pro magna ſed & modica quantitate *l. quinq; pedum C fin regund. Angel. d. l.* Cum etiam minima quæq; menſurari debeant. *Berlich p. 1. concl 83. n. 93.*

13. Juramentum calumniæ in omnibus cauſſis præſtari debet, ſive ſint modicæ ſive magnæ, *Berlich. p. 1. concl. 31 n. 26.*

14. Cum collecta imponatur non ex valore rei ſed ex æſtimatione & quantitate redituum *l forma §. 1 ff. de cenſib. l fructus C. de act. empt. Cravett conſ 812. n. 6.* ita ut qui plures reditus habet, etiam plus ſolvat, qui minus, etiam minus *Petr. de Vbald. de collect. n. 12. verſic.* in dubio autem, non iniquè hic quęritur, an etiam collecta de modicis rebus tribui debeat, & affirmativè reſpondendum, ne quid detrahatur Reipublicæ, & tam bona magni quam modici reditus pro impoſitione collectarum æſtimanda & in cataſtrum referenda ſtatuit *Klock de contrib c. 17. n. 57. ex Lancellot. conſil. 27. n. 71.* ita tamen ut tenues tenuia tributa dent, nec illis quod illi qui apud Caſſiodorum conqueſtus eſt, quod cum unicam haberet caſulam, immenſa exactione gravatus fuiſſet *Klock d. l. n. 81* & de pullis, qui vendendi in civitatem importantur, collectam tribuendam cenſet *Ferret. de Gabell n. 64 & 551.*

15. Nul-

15. Nullum eſt inter capita pacis quæ majoris, minorisve momenti ſunt, diſcrimen, nec minus hæc quam illa obſervari debere ſtatuit *Hug. Grot. de jur. pac. & bell. l. 3. c 20. n 35.* & hinc in moderno bello Succico contra Caſimirum Regem Poloniæ à parte Suecorum id pro raptura pacis inter reliqua allegabatur, quod contra expreſſa induciarum pacta vocabulum ET CÆTERA in Regiis utriuſq; partis titulis omiſſum eſſet, licet parvi momenti ſit,

Conſiderationem tamen ex pactis induciarum mereri.

16. In ſacris minimum hoc operari videmus, quod Sacræ Scripturæ nec minima literula addi vel diminui debeat ſub pœna æternæ damnationis *Deut.* 12 *in fin. c. certificari, extr. de Sepult. Ayrer in hiſtor. proceſſ. c. 10. obſ. 1 n. 4.*

Qvas præſumptiones generet modicum.

Quod ſi in venditione quantitas jugerum ſumma diligentia & uſq; ad modicum eſt expreſſa, velut uſq; ad unum granum, intelligitur id fuiſſe ad rectum non demonſtrandi ſed limitandi gratia, & venditio tum non ad corpus ſed menſuram contracta præ-

ſu-

ſumitur *Decian.conſ.44 n.9.l.1. Mantic. de ambig.convent l.4.t.17.n.36.* Hæc verò eſt differentia inter venditionem ad menſuram & ad corpus factam, quod ſi venditio ad corpus fuit facta, & reperitur major numerus jugerum quam dictum, ad emptorem pertineat, & ſic emptor pretium augere non tenetur *l.ſi duorum & ibi Caſtr. ff. de act. empt.* ubi vero ad menſuram venditio concluſa eſt, pro modo menſuræ augetur & diminuitur pretium *l.qui fundum §.qui agrum ff. de contrah.empt.* ut & venditio ad corpus eſt pura, vendititio verò ad menſuram eſt conditionalis *Mantic de ambig.convent.l.4.t.17. n. 2. & 8.*

Donatio regulariter non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, cum nemo ſuum jactare cenſeatur, *l.* cum de indebito *ff. de prob.l.* ſi cum aurum *ff.de ſolut.c.*ſuper hoc, de renunciat, *Franciſc. Mantic. de ambig. convent, l.13.t.9.n.1.* ita ut nec donationis cõjectura ex conſangvinitate vel affinitate oriatur *l.*ex duobus fratribus, *in princ.l pen ff.de negot. geſt.l.*ſive pro fratre, *l.*ſi negotium & ibi *Alex. in ſumma* C.*eod,* hinc ſi frater pro fratre vel affinis pro affine aliquid impendit, id ſemper animo repetendi impendiſſe intelligitur *Mantic.l.13 t.19.n.5* licet etiam pro redemptione vel pro alimentis frater pro fratre quid impendat *Mantic.d.l.n.6.n.8.* niſi modicæ ſint impenſæ, quæ inter conſanguineos & affi-

affines donatæ præſumuntur *l. ex duobus §. Titium ff. de neg. geſt. Cravett. conſ. 86. n. 3. Mantic. d. l. n. 8. & 22.* quæ præſumptio eodem modo inter amicos locum habet, cum amici plerumq; ſincerius amentur quàm conſanguinei *l.* nemo dubitat §. qui frater non eſt *ff. de hæred. inſtit.* amicos tamen illos appellare non debemus, qui levi notitia nobiſcum conjuncti ſunt, ſed eos, quibus fuerunt jura cum patre familias honeſtis quæſita rationibus familiaritatis *l.* latæ culpæ §. 1. *ff. de V. S. Mantic. d. tr. l. 13. t. 20. n. 3.*

FINIS.

B.90

ANT 1318546

Google

[illegible]ed by G[illegible]

Digitized by Google

A74

A 59
44

VIT